DE DESCENSU IESU CHRISTI AD INFEROS, EX SYMBOLO APOSTOLORUM ET SACRIS SCRIPTURIS...

Henri : de Vicq




NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
14
31 K
22


1588. 28. Aplis — Romae

Legi hunc libm
auctor est accuratus. stylus nimis prisus. alicubi ieiuns

DE DESCENSV IESV CHRISTI AD INFEROS, EX SYMBOLO APOSTOLORVM ET SACRIS SCRIPTVRIS LIBER:

HENRICO VICO OOSTHOVII DOMINO AVCTORE.





ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini,
M. D. LXXXVI.

ILLVSTRISSIMO DOMINO PHILIPPO COMITI EGMONDANO, PRINCIPI GAVRENSI ET

Steenhuſio: Baroni Fiennenſi, Auxienſi, Gasbecano: Domino Armenterienſi, Ninouenſi, Roetſlarenſi,

HENRICVS VICVS

Gratiam & pacem precatur.



VÆ mihi adoleſcenti cauſa fuit ſtudium ſacrarum literarum cõiungendi cum ſtudio Iuris, cui operam dabam ex præcepto parentum: ea me ſeneſcentem, illuſtriſſime Princeps, inuitat, atque adeò impellit ad ſcribendum & publicandum quæ ex eis cognoui de dogmatibus religionis ab hæreticis huius ſæculi impiè conuulſis. Arſi namque iam inde ab adoleſcentia amore cognitionis rerum diuinarum, & præſertim iſtarum: vt primùm mihi ipſi, deinde neceſſarijs meis, & poſtremò quibuſcunque poſſem, pro-

deſſem. Eadem autem charitas me etiam nunc èxtimulat, vt quæ de his olim ſincerè didici, & domo ſeditioſo bello pulſus recognoui, ea in libros colligere, & abſque inuidia cum alijs communicare cupiam. idque tanto vehementius, quanto hæreſes huius magis quàm cuiuſuis alterius ſæculi Reipublicæ Chriſtianæ ſunt pertimeſcendæ: quantoq́; ſtatus Eccleſiarum Belgicarum nunc quàm mea adoleſcẽtia turbulentior eſt. Hæreſis namque non nouum, ſed antiquiſſimum & ferè perpetuum eſt malum. Etenim, vt prætercam [1] Iudaicas hæreſes, Apoſtoli non [2] ſemel meminerunt in ſuis ſcriptis hæreticorum. & ſatis conſtat ex [3] ſcriptoribus Eccleſiaſticis inde ab ipſorum temporibus omnibus ſæculis fuiſſe hæreſes. Verùm enimuero nullum fuit ſæculum hoc noſtro feracius hæreſum, neque vllæ antiquæ hæreſes cum hodiernis ſunt conferendæ; ne Ariana quidem, omnium funeſtiſſima. Nam iſta partim emortuis, partim vileſcentibus antiquis hæreſibus nata, principiò ſolum [4] vno & altero errore diſſidebat à fide catholica: & procedente

1 Vide Iuſtinum in Dialogo cũ Tryphone, Tertullianum in lib. de præſt. aduerſus hæreticos, & Epiphaniũ lib. 1. Panarij.

2 Rom. 16. 1. Cor. 15. 2. Cor. 11. Gal. 1. Phil. 3. 1. Tim. 1, & 6. 2. Tim. 2, & 3. 2. Pet. 2. 1. Ioan. 2. Apocal. 2.

3 præcipuè iis qui ſcripſerunt de hęreſibus, quo in numero ſunt Irenæus, Tertullianus, Philaſter, Epiphanius, Auguſtinus, Ioannes Damaſcenus, & alij veteres & neoterici.

4 teſte Auguſtino in lib. de hæreſib. ca. 49. & alij.

dente tempore ea tantum hæreſum augmenta ſuſcepit quæ ſcriptores notant in Arij ſectatoribus, & nominatim in Eunomio, Aerio, Aetio. Noſtri verò ſæculi hæreſes ſtatim à principio plurimæ ſunt editæ, & paulo pòſt in immenſum multiplicatæ. eoq; (proh dolor) res redacta eſt, vt contra pleroſq; ſymboli Apoſtolici articulos peccetur etiam ab iis qui ſibi videntur eſſe aliquid prę alijs nouatoribus. Tametſi enim longè maxima pars hæreſum tam ab alijs, quàm ab iſtis proditarum, verſetur circa articulos de ſancta Eccleſia Catholica, ſanctorum communione, & remiſſione peccatorum: tamen ſunt inter iſtos qui tradant quæ cū Dei omnipotentia & bonitate non conſiſtunt: qui doceant filium Dei eſſe *αὐτόθεον*, non Deum de Deo: qui virginitatem beatæ Mariæ in partu quam verbis profitentur, re-ipſa inficientur: qui inſigniter aduerſus Chriſti ad inferos deſcenſum peccent: qui blaſphement mortem Chriſti corpoream nō fuiſſe ſufficiens redemptionis noſtræ pretium: qui verum Chriſti ad cælos aſcenſum deſtruant: qui plurima pro-

dant quæ non conueniunt cum ijs quæ ſcripturæ tradunt de iudicio viuorũ & mortuorum: qui denique aduerſus nunc hos, nunc illos fidei articulos multa comminiſcantur à fide Catholica aliena. quæ vt cum alijs hæreſibus & ipſi quoquo pacto tueri, & alij ab ipſis faciliùs diſcere poſſint, verterunt ſacras ſcripturas in Latinum & vernaculum ſermonem ſinguli accommodatè ad ſuas hæreſes: ſcripſerunt Catechiſmos, fidei confeſſiones, ſacramentorum adminiſtrationes his conſentientes: ediderunt locos communes, inſtitutiones, gloſſas ordinarias, expoſitiones, vt vocant, Catholicas, commentaria cuiuſuis generis in omnes ſacrę ſcripturæ libros plena ſenſuum adulterinorum: peruerterunt ſuis centurijs & à ſe nouiter confictis hiſtorijs Eccleſiaſticas & veras hiſtorias: nec quicquam omiſerunt quod videretur quouis pacto fucum facere poſſe fidelibus. Hæreſis Ariana verſabat quæſtionem ſubtiliſſimam & plebis captum tranſcendentem. Hæreſes verò huius ſæculi tum multas huiuſmodi quæſtiones, tum alias plurimas

popu-

populares tractant. Ariani omnes, exceptis Aerianis, nihil nouarunt quod ad deprauandos hominum mores pertineret. Omnes autem hæretici huius ſæculi plurima docent carni placentia. Iſti non gloriabantur martyriis: imò erant cauſa martyriorum. Hi verò quia quidam iuſtas defectionis pænas dederunt, incredibile eſt qualia prodant martyrologia. Iſti magna animi contentione & inſigni hypocriſi tum ſua placita tuebantur, tum dogmata Catholica oppugnabant. ſed hæc vitia ſunt in huius ſæculi hæreticis ſumma. Vno tantùm Arianis inferiores videri poſſint, quòd licet reges quoſdam & principes nacti ſint ſibi fauentes, vt olim iſti Gothos & Vandalos: tamen nullis, [5] ſicut iſti, Imperatoribus orbis dominis nitantur. Verùm hoc, quod maximo redemerint, compenſant immanibus ſceleribus. audent enim ſtruere bella ſuis regibus & principibus, ijſque maximis & potentiſſimis: & ferro, incendijs, carcere, exilijs, bonorum proſcriptione, omni clade, tum ipſum clerum, tum cuiuſuis ordinis homines Deo & ſuis

[5] Hæreſis Arianæ ſectatores fuere Imperatores Conſtantius & Valens.


ſuis regibus fideles perſequuntur. nec etiam nunc, quantumuis ſæpius victi, attriti, perditi, pertinacię & bello finem imponunt. Quid, quòd plurimæ antiquæ hæreſes iã olim mortuæ his auctoribus reuixerunt, & nominatim iſta Ariana? quòd prima religionis fundamenta ſunt conuulſa? quòd vniuerſus ordo Eccleſiaſticus profano ordine è medio tollitur? quòd legitimis Synodis quatuor genera conuentuum, ſcholis ſcholæ, vniuerſitatibus vniuerſitates opponuntur? Quo maius operę-pretium facturus mihi viſus ſum, ſi pro menſura gratiæ quam Deus mihi partitus eſt, obuiam ire pergerem tot, tantis, tam impiis iſtorum conatibus. Itaque ſcripſi iuſtum tractatum in articulum ſymboli Apoſtolorum, *Deſcendit ad inferos*; quòd ſcirem eum indignis modis eſſe habitum ab iſtis, quodque licet multi ſcriptores eum attigiſſent, tamen qui ipſum plenè aduerſus hæreticos tractauiſſet, hactenus (quod equidem ſciam) nemo fuiſſet. Quum autem diſpicerem, Illuſtriſſime Princeps, cui potiſſimùm eum dedicarem, nullus occur-

occurrit cui potius ipſum offerrem, quàm tibi. nam ſum cliens excellentiæ tuæ propter aliquot feuda antiqua. neque debeo committere, vt qui ſcio maiores meos à tuis illuſtriſſimis Maioribus haud contemnendis honoribus fuiſſe decoratos, ego nullum dem obſtricti & grati erga eam animi teſtimonium. & tu etiam is es, cui eiuſmodi munus non poſſit non eſſe gratiſſimum: vt quem neque blanditiæ & promiſſa, neque minæ & quinquennalis, eaq́ue duriſſima in ipſo iuuentutis flore captiuitas, vel tantillum deducere potuerint à fidei conſtantia & officio erga Regem. Quarum virtutum inſigne quoque ſpecimen dediſti, quum redditus tuis Armenterienſibus, præcepiſti, me audiente, magiſtratui, vt omni cogitatione & cura incumberet in conſeruationem Catholicæ religionis; vtq́ue diligenter ſibi caueret à nouarum religionum hominibus, propter eà quòd eorum ingenia ſint ad res nouādas maximè prona. Accipe igitur nobiliſſime Princeps comiter quem tuæ excellentiæ dedico librum, eumq́ue quum libuerit

 perlege.

perlege. vel ex eo enim ſolo manifeſtè deprehendes quàm fraudulenta & pernicioſa ſint hæreticorum noſtri ſæculi ingenia: tibiq; ipſi, ſat ſcio, gratulaberis quòd memor officij, memor religionis magnanimi & victorioſi Patris tui, illuſtriſſimorumque Maiorum tuorum Egmondanorum & Luxemburgenſium, memor monitorum nobiliſſimæ matris tuæ Sabinæ Bauaræ, Comitis Palatinæ, in Catholica fide acquieueris. Cui ſi opera conſentanea adiunxeris (vt quidem te facere & facturum eſſe confidimus) non dubitamus quin Deus te magnis honoribus ſit aucturus: vt qui ipſe-
[6] 1. Reg. 2. met [6] pronuntiet, Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum. Vale illuſtriſſime Princeps. Armenteriæ XVII. Cal. Octob. anno M. D. LXXXV.

DE DESCENSV
IESV CHRISTI
AD INFEROS, EX
SYMBOLO APOSTOLORVM
ET SANCTIS SCRIPTVRIS LIBER.



SEPVLTVRAM IESV CHRISTI sequitur in symbolo Apostolorum particula, *Descendit ad inferos*. Contra quam, & de qua hæretici huius sæculi inter se ingenti & pudenda confusione pugnát. Etenim, vt de eius origine principio dicamus, sunt bene multi qui vestigijs [1] Erasmi, procul hîc errantis, insistentes, iudicent eam non ab auctoribus symboli traditam, sed ab aliis postea symbolo insertam: [2] quidam quidem longo tempore, puta post Cypriani ætatem: vt qui ipsius (vt aiunt) non meminerit in expositione symboli: quidam [3] verò post aliquantum temporis: atque etiam ita, vt non protinus, sed sensim Ecclesijs insueuerit. [4] cæteris nihilominus hæreticis se hic non mouentibus, sed hanc particulam æquè atque alias Apostolis cum Ecclesia ascribentibus. Deinde, quod ad necessitatem attinet, inter eos qui ipsam pro adiectitia habent, [5] alij quidem eius additionem planè necessariam prædicant: vt qui scribant in tractanda doctrinæ summa ei locum dari necesse esse: [6] alij verò eam pro non prorsus necessaria habent. [7] Fueruntque qui licet nouas fidei suæ confessiones sæpius cuderent & recuderent, nullam tamen in eis

Hæreticorum huius sæculi varij errores & pugnæ multiplices de particula symboli, Descendit ad inferos.

1 Catechesi 2. & 4. in symbolum Apost.

2 Petrus Viretus dialog. 6. in symbolum.

3 Caluinus Instit. relig. christ. lib. 2. ca. 16. sectione 8.

4 Nominatim Luthero in vtroq; catechismo, paruo & magno: auctoribus cõfessionis Augustanæ in principio Confessionis: Centuriatoribus Magdeburgensibus centuriæ 1. li. 2. c. 4 titulo de symbolo Apostolico.

 descen-

5 Caluin. Instit. li. 2. c. 16. sect. 8. 6 Quotquot infernum accipiunt pro sepulchro. 7 Nominatim Theodor. Beza in cõfessionibus fidei editis in Gallia: & auctores cõfessionis 37. articulis comprehensæ, cui pseudosynodus Dordraci habita an. 1578. vult in capite de doctrina & Sacramentis, vt omnes Belgij ministri subscribant.

descensus ad inferos mentionem facerent: quæ, vt nunc sunt tempora, minimè prætermittenda fuit: [8] nonnulli autem cùm priuatim, tum in synodo quoque consultarent quonam modo eam ex symbolo expungerent. & hic interim [9] quibusdam qui eam pro non adiectitia habent, apertè & verè scribentibus, quòd Christus descenderit ad infernum, articulum esse fidei. De sententia porrò verborum quanta est varietas! Sunt enim qui ea ita exponant, vt aliquem verum Christi ad inferos descensum agnoscant. Alij verò ea sic interpretantur, vt licet verbis descensum eius ad inferos profiteantur, re ipsa tamen ipsum negent. Suntque hæ partes rursus inter se diuisæ. Tametsi enim [10] priores in hoc omnes conueniant, quòd inferos pessimè accipiant pro loco damnatorum ad pœnas æternas: tamen [11] quidam apertè blasphemãt Christum istic pœnas damnatorum esse perpessum. [12] quidam verò scribũt, quanam ratione omnia sint ibi gesta, non esse expressè traditum. nisi quòd 1. Pet. 3. scriptum est, quòd Christus & his qui in carcere erant veniens prædicarit. cui addunt: forte enim & satis nobis esse genus nos tenere, exactam explicationem huius mysterij in altera vita audituris. Posteriorum verò, [13] alij quidem tradunt non nouum aliquid hac particula dici, sed alijs verbis repeti quod prius de sepultura dictum fuerat: quandoquidem infernus (vt aiunt) sæpius in scripturis pro sepulchro ponatur. alij [14] verò docent quòd Christus dicitur ad inferos descendisse, id significare, ipsum quum hic pateretur, pertulisse in anima pœnas & mortem damnatorum, quæ sceleratis ab irato Deo infligũtur. Postremò [15] sunt qui miscellaneam quandam horum verborum interpretationem comminiscantur, partim ex his postremis sententijs, partim ex alijs à se additis.

2. CAVSA verò confusi huius & nefandi contra hanc particulam studij, non incerta auctoritas; & obscuritas, vel verbo-

8 In Anglia, teste Edmondo Campione in lib. decem fundamentorum Ecclesiæ, articulo 8.

9 Magdeburgensibus cent. 1. lib. 1. c. 10.

10 Vide Magdeburgenses cent. 1. li. 1. c. 5. tit. De inferno: & cent. 1. lib. 2. cap. 4. eodẽ tit.

11 Teste Rodolpho Gualtero Tigurino Homil. 15. in Acta Apostol.

12 Magdeburgẽses cent. 1. lib. 1. ca. 10.

13 Nominatim Oecolampad. & Bucer.

14 Caluinus Inst. lib. 2. c. 16. sect. 10. 11. 12.

15 Horum facilè princeps est Petrus Viretus dialogo 6. in symbolum: cæteri enim tãtum aliquot partes attingũt: vt Henricus Bullingerus lib. 6. resolut. omniũ punct. relig. Christ. ca. 6. & Rodolphus Gualterus homilia 15. in Acta Apostolorum.

verborum, quæ sunt clarissima; vel rei-ipsius fuit, quæ aperta est: sed immane odium quod gerunt contra locum Purgatorium, & eius pœnas. intelligebant enim, si descensum Christi ad inferos cum Ecclesia confiterentur, haud modicum accessurum ad huius loci doctrinam momentum: propterea quòd sanctorum qui obdormierant detentio in loco inferno, à cælo remotissimo (vbi Deus se-ipsum sicuti est, in conspectum ipsorum non dabat, & ad quem Christus descendit vt eos liberaret) testimonio esset, omnem pænam futuri sæculi non semper remitti culpa remissa: cui axiomati, velut fundamento, pœnæ purgatoriæ bona ex parte initerentur: quodque scripturæ sonabant, ipsum in hoc descensu liberasse aliquos ex cruciatibus. Igitur quia hæc pessimè oderant, faciendum sibi putauerunt, vt hunc descensum, velut certum quendam purgatorij fontem, suis telis venenatis inficerent. Hinc tantum, tamq; varium aduersus hanc particulam eorum bellum. hinc [1] adulterium non sententiæ modò plurimarum scripturarum, quæ ad huius descensus doctrinam pertinent; sed verborum quoque: tantum, inquam, quantum nemo facilè crediderit, nisi qui examinauerit. [2] Hinc negatio multorum germanorum inferni significatorum: & commentum nouorum atque adulterinorum. [3] Hinc irrisio loci illius inferni ad quem olim sanctorum animæ descendebant. Hinc [4] sanctarum animarum collocatio in cælo, antequam Christus ad id ascenderet. [5] Hinc conspurcatio sapientiæ & innocentiæ Iesu Christi. Hinc [6] commentum maioris (vt blasphemant) & excellentioris pretij quàm sit eius mors; corporea, inquam, & vera. Quò non abripis mortales insitum penitus odium?

Causa qua factũ est vt heretici hanc particulam tam infensis animis totq; modis oppugnarent.

Præcipua flagitia & errata quæ eadem ex causa comitantur oppugnationem huius particulæ.

1 Huius flagitij demõstratio extat infra sect. 11. 12. 13.

2 Vide his de rebus infra sect. 14. & 15.

3 Huius irrisionis extat insigne specimen apud Caluinũ Instit. li. 2. cap. 16. sect. 9. & apud alios aliis locis, de quibus vide infra sect. 19.

4 Hunc errorem tradit Caluinus in Harmonia Euangelica ad verba Luc. 16. in sinum Abrahæ, & ad verba, super hæc omnia: & alij alijs locis. qua de re vide infra sect. 19.

5 Probatio & confutatio horum criminum extat infra sect. 48. 49. 50. & 51.

6 Apud Caluinum Instit. lib. 2. cap. 16. sect. 10. in principio & fine. cuius refutationem habebis infra sect. 52.

3. IMPRIMIS autem certum esse debet fidelibus

Particulam, Deſcendit ad inferos, inſertam fuiſſe ſymbolo ab Apoſtolis.

hanc quoque particulam ab ipſis Apoſtolis inſertam eſſe ſymbolo. Inuenitur enim, confeſſione omnium hæreticorum iuxtà atque Catholicorum, in ſymbolo apud omnes eccleſias, Orientis æquè atque Occidentis; idque abſque diſcrimine. porrò rectiſſimè creditur non niſi auctoritate apoſtolica traditum, quod à Conciliis non inſtitutum, ſed à Maioribus per manus acceptum, vniuerſa tenet Eccleſia. idque hîc eo ſecuriùs, quòd conſtet reliquas partes eſſe traditas ab Apoſtolis: quodque Deus, qua eſt bonitate, committere non poſſit, vt verbi ſui ſummam, ſpiritu ſuo proditam, non illibatam cuſtodiat. Et tamen ſunt etiam aperta in hanc rem argumenta. Eius namque vſum fuiſſe in ſumma fidei temporibus Apoſtolorum manifeſtum eſt, tum ex [1] Ignatio ab ipſis inſtituto, tum ex [2] Thaddæo, vno ex 72. diſcipulis Domini: qui Agbarum toparchen Edeſſenorum, non longè poſt aſcenſionem catechiſans, inſignem in ſumma œconomiæ Ieſu Chriſti locum ei tribuit. Inde porrò ab iſtorum temporibus ad noſtrum vſque ſæculum eam familiarem fuiſſe fidelibus, & extra, & intra ſymbolum, planum [3] fit teſtimonio inſequentium temporum. Sed & ipſa verba teſtantur eam ab Apoſtolis eſſe traditam: quandoquidem ea nuſquam extant in ſcriptura coniunctim prodita de Chriſto. æquum enim erat, vt ſcripturæ potius verbis, quàm aliis exprimeretur, ſiquidem ea poſt Apoſtolorum ſæculum fuiſſet ab aliquo addita ſymbolo ex ſcripturæ doctrina. idque eo magis quòd verba non [4] deerant ipſi ſcripturæ quæ rem his verbis notatam ſignificarent.

1 In epiſtola ad Trallianos.

2 Teſte Euſebio qui hoc deſcripſit ex publicis chartis vrbis Edeſſæ, lib. 1. Eccleſ. hiſtor. cap. 13. in fine.

3 Vide hac de re teſtimonia Veterum quæ citantur infra ſect. 5. 9. 10.

4 Epheſ. 4.

Malè duci argumẽtum contra originem Apoſtolicã & perpetuũ vſum huius particulæ ex eo quòd quidam Veterum eam quandoq; omittunt.

4. QVOD ſi quidam Veterum eam quandoque omittunt, vbi alia œconomiæ Chriſti opera referunt, faciunt id iure ſuo. quis enim ipſos ad omnia omnibus locis memoranda aſtrinxit? faciunt id more etiam in ſcripturæ partibus recepto. aliud enim eſt nudam ſcripturæ & ſymboli contextionem referre: aliud eam non ſcrupuloſe obſeruare, & lo-

cum

cum quodam modo magis indicare quàm referre. aliud eſt integram aliquam ſcripturæ ſententiam & totum ſymbolum referre : aliud tantum memorare quod præcipuè ad præſens negotium pertineat. aliud eſt in lectam ſcripturam, & recitatum vel deſcriptum ad verbum ſymbolum expoſitionem tradere : aliud hæc non obſeruatis ſcrupuloſe verbis exponere. aliud eſt negare hæc vel illa verba eſſe germanam ſcripturæ & ſymboli partem : aliud commentantem in ſcripturæ & ſymboli verba particulam aliquam omittere, quod Patribus non ſemel accidit: quippe qui nonnunquam etiam integras ſcripturæ ſententias tranſiliunt : quas tamen tum ipſi, tum alij non ignorant eſſe germanas ſcripturæ partes. Ponemus aliquot de hac particula exempla, & ab eis reliqua æſtimabimus. Clemens Romanus non meminit deſcenſus ad inferos eo [1] loco quo videtur referre ſummam fidei. ſed idem (vt manifeſtè apparet) eam magis indicat, quam nudis & propriis verbis refert. vnde vt haud obſcurè quædam explicationis gratia addit, ita alia quædam omittit : nominatim verba, paſſus, crucifixus, ſanctam eccleſiam catholicam. Tertullianus referens in libro [2] contra Praxean quæ ad œconomiam Ieſu Chriſti pertinent, omittit deſcenſum ad inferos. verùm vt hic quoque non obſeruat præciſe verba; ita quædam addit, & quædam omittit: vt crucifixionem : & quæ refert, ſufficiebant ſcribenti contra Praxean. Auguſtinus [3] contulit in [4] librum quæ aliquando de fide & ſymbolo coram plenario totius Aphricæ concilio diſputauerat : & in eo, ſicut & in aliis quibuſdam libris, nullam mentionem fecit huius particulæ. quid? an propterea videri debet eam ignorauiſſe? minimè verò. ipſe enim & [5] profitetur ſe illam verborum ſymboli contextionem, quæ tenenda memoriter Competentibus traditur, in hoc libro non obſeruaſſe : & alias vbi eam obſeruat, [6] hanc particulam non ſemel expreſſe memorat. imò & quandoque explicat.

QVOD

1 In epiſtola 1. ad Iacobum fratrem Domini.

2 circa principium.

3 Vide lib. 1. Retract. c. 17.

4 Hic liber extat ſub hoc titulo tomo 3. operum Auguſtini.

5 Lib. 1. Retract. c. 17.

6 Serm. 115. 131. 181. & 195. de tempore.

Particulam, Descendit ad inferos, olim fuisse in symbolo Ecclesiæ Romanæ & Ecclesiarũ Orientalium, planè contra ac Ruffinus memoriæ prodidit: cui proinde fides nõ sit habenda.

5 QVOD autem Ruffinus[1] memoriæ prodidit, eam suo tempore non fuisse habitam in symbolo ecclesiæ Romanæ; neque verò etiam in Ecclesijs Orientis: in eo magnoperè allucinatus est. neque ipsi fides habenda est scribenti aduersus manifestè contraria documenta. Leo enim Episcopus Romanus[2] agnoscit hunc sermonem cum præcedente pro parte symboli vniuersalis Ecclesiæ: miraturque si cuiusquam Catholici intelligentia laboret, tanquam incertum sit an descendente ad Inferna Christo, caro eius requieuerit in sepulchro. Et Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus [3] memorat eum inter alios articulos symboli. Cyrillus quoque Ierosolymitanus in [4] Catechesibus adiungit eum sepulturæ. Epiphanius autem Salaminæ Cypri Episcopus [5] eum cum vicinis articulis etiam expositione illustrat. quis autem ignorat Syriam, Palæstinam, Cyprum, esse prouincias Orientis propriè dicti? Et si in vsu fuit in hoc Oriente, vtique etiam simpliciter verum est, eum in Orientis Ecclesijs esse habitum. Neque tamen putabimus eius vsum Orientis propriè dicti limitibus conclusum fuisse. Chrysostomus[6] namque Constantinopolitanus Episcopus hanc partem exponit in symbolo. Et Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus eam etiam in suum [7] symbolum retulit. Quæ porrò Ecclesiæ non haberent, quod omnes sedes Patriarchales firmiter tenebant? Oportuerat autem Ruffinum qui eam adiectitiam existimauit, & hæreticis petra offensionis fuit, exponere à quo, vel quibus, & quo tempore addita fuisset symbolo Apostolorum: saltem in Aquileiensi, id est, sua Ecclesia. Verùm altum est apud ipsum his de rebus silentium. Facere enim non poterat vt aliquem post Apostolos eius auctorem fuisse doceret, quod constabat temporibus Apostolorum extitisse. neque probabile erat vnum aliquem, aut etiam plures, tantæ auctoritatis esse potuisse, vt omnes Ecclesiæ eorum additionem amplecterentur. Sed neque

Ruffinũ silentio auctoris & temporis additionis huius particulæ, tectè prodere vanitatem suæ sententiæ.

Quòd hæc particula à nemine sit addita.

1 In expositione symboli.
2 In epist. ad Turbium Asturicensem Episcopum ca. 17.
3 In epist. ad Trallianos.
4 Catechesi 4. Illuminat.
5 In Panario aduersus hæresim 77. quæ est Dimeritarum, in fine.
6 Homil. 2. in symbolum Apostolorum.
7 Quod incipit, Quicunque vult saluus esse, &c.

neque poterat eam alicui synodo ascribere, quam nulla synodus tradiderat. constat enim ne[8] Nicenum quidem symbolum fecisse mentionem descensus Christi ad inferos: ac ne[9] Constantinopolitanum quoque. non quia non esset traditus ab Apostolis in symbolo; sed quia harum synodorum scopus fuisset ea in suis symbolis præcipuè memorare, quæ ad euertendas Arianorum præsertim & Macedonianorum, regnantes suis temporibus hæreses maximè facerent. nam eis in studio non fuisse, vt omnia memorarent quæ symbolo Apostolorum continebantur, vel ex his manifestum est, quòd vtraque synodus præteriit crucifixionem. Nicena verò etiam silentio transmisit verba, sub Pontio Pilato, & ea omnia quæ fidem in Spiritum sanctum sequuntur. Nulla autem tunc erat causa quæ has synodos impelleret ad necessariò faciendam mentionem descensus ad inferos. Quid multis opus est? Ipsemet Ruffinus seipsum vehementer refutat. [10] tradit enim hæreticos in causa fuisse, vt nonnulla in quibusdam Ecclesijs adderentur, per quæ nouellæ doctrinæ sensus excluderetur. Atqui [11] paulo pòst intelligemus, nullos olim fuisse hæreticos qui descensum Christi ad Inferos negarent. & proinde opus non fuit hac particula ad excludendam nouellæ doctrinæ sententiam. Igitur hæc particula, vel iudice Ruffino, non est addita symbolo.

8 Id extat apud Ruffinum lib. 1. Eccle. Histor. cap 6.

9 Habemus hoc symbolum to. 1. cōciliorū.

Vera causa cur concilia Nicenum & Constantinopolitanum non fecerint in suis symbolis mentionē descensus ad inferos.

Ipsummet Ruffinum vehemēter se-ipsum refellere.

10 In expositione symboli, paulo post principium.

11 Infra sect. 10.

6. PORRO ex his etiam intelligimus quantopere errent qui [1] eam post Cypriani ætatem symbolo additam prædicant. quem enim isti Cyprianum existimant, is est (vti diximus) Ruffinus, longè & ætate & auctoritate Cypriano posterior. agnouitque[2] alicubi etiam ipse Erasmus [3] hunc suum quoque errorem. Et tantum abest vt

Refutatio hæreticorum variè opinantium de tempore adiectionis huius particulæ.

1 Nominatim Petrus Viretus Dialogo 6. in symbolum. 2 In annotationibus in 1. Cor. 15. ad verba, in Christo omnes viuificabuntur. 3 Catechesi 2. & 4. in symbolum.

ex Ruffino appareat eam additam fuisse post eius ætatem, vt is[4] significet eam habuisse locum in symbolo Ecclesiæ Aquilegiensis.tantum autem ait habitam non esse in symbolo Ecclesiæ Romanæ; neque verò etiam in Ecclesijs Orientis. quæ tamen falsa esse iam-iam ostendimus. Proinde[5] cautiùs hanc rem tractarunt; qui vt eam antiquiorem esse fassi sunt, ita nullum certum adiectionis tempus nominandum putarunt. Quanquam ne hic quidem callidus astus eis profuit.[6] repetenti enim altiùs eius originem, apparet ipsam inde ab Apostolorum temporibus in vsu fuisse: nec proinde alios hanc, alios cæteras symboli partes auctores habere. Et alioqui etiam plurimum intererat ad eius auctoritatem, vt certos auctores, & certum tempus memorarent: quando ne minima quidem latere soleant Ecclesiam Dei: & vulgo quoque instrumenta quæ auctore & tempore carent, nullius sint ponderis. Sed quid agerent? Ipsis sic faciendum erat, ne (vt diximus) manifestæ vanitatis conuincerentur.

4 In expositione symboli.

5 Caluinus Instit. lib. 2. ca. 16. sect. 8.

6 Vide supra sect. 3.

Ex his ipsisque hæretici tradūt de necessitate, vel nulla necessitate huius particulæ, ostēdi eā non esse adiectitiam.

7. QVÆ falsa sunt, quantumcunque callidè tractentur, facilè deprehenduntur qualia sint, si seriò examinentur. Videmus vt singuli prudenter pro sua interpretatione hanc particulam, vel necessariam, vel non necessariam pronuntient. Sed quò hæc prudentia hominibus veritate destitutis? Etenim si necessaria erat in summa fidei; quî factum est, vt architecti symboli istic eam prætermiserint? an qui hoc dicunt, non eos arguunt vel ignorantiæ, vel negligentiæ insignis? imò & inexpiabilis, si (vt blasphemant) significet maius & excellentius redemptionis nostræ pretium? Sin autem non erat necessaria: qua ratione non necessarium cum necessariis admixtum est in summa fidei? an qui hæc prædicant, non manifesti peccati accusant, tum eius auctores, tum omnes

nes

nes Orientis & Occidentis Ecclesias, quæ eam in summa fidei temere admiserint? Velint, nolint ergo, hæc particula vt necessaria est in summa fidei, ita à primis symboli auctoribus profecta est. Quod quum ita sit, quid respondebunt Deo, qui prudentes scientesque eam nunc in confessione suæ fidei omittunt? vel eò etiam vesaniæ progrediuntur, vt cõsultent quonam modo eam de symbolo expungant? Sunt certè partim ridicula, partim impia & blasphema, quæ hæretici commenti sunt de horum verborum sententia: in tantum vt multos iure pudeat eorum. sed non erat necesse scelus addere sceleri, vt frequenti eorum tractatu se liberarent. patuit enim, patetque etiam nunc omnibus reditus in viam veræ sententiæ, quæ plana & expedita est.

Hanc particulã esse necessariam in summa fidei.

Inexcusabiles esse qui symbolum hac particula decurtare moliuntur.

Vera causa iniusti huius moliminis.

8. NEMPE is est germanus sensus, quem verba vulgo sonant: quem popularis ad populum habitus sermo denotat: quem res-ipsa postulat. fidelis non quærit vanas, nedum impias, interpretationes. Intelligit ergo Iesum Christum descendisse post mortem secundum animam ad inferos: locum ad quem olim omnium animæ descendebant post mortem. consequens enim erat vt qui tradiderant sepulturam Iesu, putâ, secundum corpus, iidem vnà etiam traderent quò anima eius deuenisset: quando mors nihil aliud est quàm separatio animæ à corpore. idque tanto magis, quanto anima corpore præstantior est. tantoque libentiùs, quanto nostra magis intererat vt inferni mentionem potius facerent, quàm sepulchri, quod omnes nouerunt: vt sicut Illuminandi cælorum notitiam quibusdam articulis consequebantur: ita hoc, inferos quoque cognoscerent. Etsi enim [1] Apostoli & Euangelistæ quædam summa fidei capita nonnunquam in suis scriptis prætereant, & nunc hæc, nunc illa simul connectant pro tempore & occasione: obser-

Quis sit germanus sensus particulæ, Descendit ad inferos.

1 Matth. 10. Rom. 4 in fine. Philip. 2. 1 Thess. 4. Act. 4.

[a] 1. Cor. 15.

uatumque etiam sit, Paulum [a] alicubi à morte & sepultura statim transiisse ad resurrectionem, quam statuerat fusiùs tractare: tamen committere non potuerunt, vt in summa fidei aliquid necessariorum omitterent: eo quòd eius esset complecti omnia necessaria. res ipsa verò loquitur id quod tractamus esse hîc necessarium. an non ita est? Quæ ergo hæc est peruicacia, vt quod omnes vident esse necessarium, id isti nolint agnoscere, quum ab Apostolis clarissimè dictum est? Quibus enim, amabo te Lector, apertioribus verbis quod declarauimus significassent Apostoli, quàm istis?

Quod scriptores Ecclesiastici, et præsertim Veteres, descēsum Christi ad inferos & libenter prædicauerint, & concorditer acceperint pro vero descēsu ad veros inferos.

9. QVÆ proinde scriptores Ecclesiastici, & præsertim Veteres, in tantum dilexerunt, vt descensum Christi ad inferos in ore & calamo libenter haberent, & eum hoc quoque sensu concorditer acciperent. quorum alterum etiam ipse Caluinus cumulatè agnoscit: quippe qui scribit [1] neminem esse Patrum qui non in suis scriptis descensum Christi ad inferos commemoret: alterum verò inficiatur, ne ex eorum sententia, sicut ipsa verba recipit, ita sensum quoque amplecteretur. adiicit enim, tametsi interpretatione diuersa. quæ additio falsissima est. Patres enim inter se consentiunt de vero descensu Iesu Christi ad veros inferos: & vsqueadeo non probant noua Caluini & aliorum huius sæculi hereticorum commenta, vt plerique eorum apertè doceant Christum post mortem profectum fuisse ad inferos, cumque quiescente in sepulchro corpore istic tribus diebus fuisse. Iidem etiam tradunt, inferos fuisse carcerem omnium animarum: admonent Christum nihil fuisse hîc passum: liberum namque fuisse inter mortuos: referunt multiplices huius descensus causas, quæ in horum commenta non quadrant: scribunt eum resurrexisse à mortuis: & alia his consentanea. Quæ omnia vsqueadeo certa sunt, vt is

[1] Instit. lib. 2. cap. 16. sect. 8.

Caluinum falso scribere Patres commemorare descensum Christi ad inferos interpretatione diuersa.

ne

ne minimum quidem catalogum diſſidentium inter ſe de horum verborum ſententia Patrum contexere auſus fuerit. tantum autem [2] ait eſſe qui inferos pro ſepulchro accipiant. cuius interpretationis nemo Veterum vel aliquam ſuſpitionem dedit, præter vnum Ruffinum: qui ipſe [3] tamen quia verum deſcenſum ad veros inferos agnoſcit, huc trahi non debet. Oecolampadij autem & Buceri hæc eſt traditio, quos hæreticos hodie natos nemo pro Patribus agnouerit. Pro ſceleſta verò ſua interpretatione ſolum citat [4] quædam fragmenta Hilarij: qui [5] etiam tantum abeſt vt ei aſſentiatur, vt nullus Veterum ipſi magis aduerſetur. Quæ eſſe vera tametſi conſtet omnibus qui in eorum lectione ſunt verſati: tamen danda nobis eſt opera, vt aliis quoque omnibus promptum ſit aliquo ſaltem Veterum catalogo deprehendere hæc ita ſe habere. Atque vtinam Magdeburgenſes Centuriatores hîc officio ſuo functi fuiſſent, & hunc fidei articulum, quem agnoſcebant, Veterum ſententiis in ſingulis centuriis illuſtraſſent: habuiſſemus vnde eum abſque magno labore contexeremus. Sed hi ante quartum ſęculum pro hoc deſcenſu citarunt neminem, præter Athanaſium. quinto verò & ſexto ſæculis, ſex tantùm Patres. Nec cauſa in obſcuro eſt. ſententiæ eorum non conſentiebant erroribus Magdeburgenſium. Conficiendus proinde erit hic catalogus ex Veteribus primorum ſex ſæculorum à nobis lectis, vt ex eorum locis in margine citatis quilibet certus eſſe poſſit, quàm nihil demus noſtris auribus. Nam de mediæ & poſtremæ ætatis ſcriptoribus non eſt quod laboremus: quandoquidem vt res extra omnem controuerſiam eſt: ita paſſim occurrunt [6] Bedæ, [7] Hugonis Etheriani, [8] Damaſceni, [9] Theophylacti, [10] Oecumenij, [11] Euthymij, [12] Bernardi, & [13] ſcholaſticorum Do-

2 Inſtit. lib. 2. cap. 16. ſect. 8.

3 Vide hac de re infra locos à nobis citatos, & ſect. 46.

4 Inſtit. lib. 2. ca. 16. ſect. 11.

5 Vide locos Hilarij infra citatos, & ſect. 53.

Negligẽtia malitioſa Magdeburgenſium in illuſtratione deſcenſus Chriſti ad inferos.

6 In cómentariis in vetus & nouum Teſtamentum.

7 In lib. de anima corpore exuta, cap. 15.

8 lib. 3. de fide orthodoxa cap. vlti. & in carmine in Dominicã Paſchę.

9 In cômentariis in ca. 12. Matth. & in c. 2. Act. & in ca. 2. ad Hebræos.

10 In cõmẽtariis in 1. Pe. 3.

11 In cõmẽtariis in Pſalm. 15. & 48.

12 Serm. 1. in die S. Paſchæ, & Serm. 75. in Cant. Cant. & Serm. 4. in feſto omniũ Sanctorum.

13 Nominatim Bonauenturę & Thomæ in diſt. 22. lib. 3. Sent. itẽ 2, 2. q. 1. art. 8. & 3. part. q. 52. art. 1. & in opuſculo in ſymbolum Apoſtolorum.

14 Durandi.

ctorum ſententiæ: qui ne eius [14] quidem opinionem tolerandam ſibi exiſtimauerunt, qui ratiunculis philoſophicis innixus interpretatus erat Chriſtum non animæ præſentia, ſed virtute ad infernum deſcendiſſe. extatque etiam-num de deſcenſu Ieſu Chriſti ad inferos ſecundum animam inſignis Innocentij in concilio [15] Lateranenſi ſententia. Veteres igitur teſtes tum ipſius deſcenſus ad inferos, tum germanæ eius intelligentiæ, hi ſint fidelibus: [16] Ignatius, [17] Iuſtinus, [18] Irenæus, [19] Clemens Alexandrinus, [20] Tertullianus, [21] Origenes, [22] Cyprianus, [23] Hippolytus martyr, [24] Lactantius, [25] Athanaſius, [26] Euſebius Cæſarienſis, [27] Hilarius, [28] Cyrillus Ieroſolymitanus, Vetus [29] auctor ſermonum de cardinalibus operibus Chriſti qui extat inter opera Cypriani, [30] Didymus Alexandrinus, [31] Philaſter, [32] Ephrem, [33] Euſebius Emiſſenus, [34] Baſilius, [35] Gregorius Nazianzenus, [36] Gregorius Nyſſenus, [37] Ambroſius, [38] Hieronymus, [39] Paulinus, Ruffi-

15 Cap. 1.

Catalogus Veterum primorum ſex ſæculorum: ex quo quilibet poſſit deprehendere eos concorditer agnouiſſe verũ deſcẽſum Chriſti ad veros inferos.

16 In epiſtola ad Trallianos.

17 In colloquio cũ Tryphone in hac ſcriptura quã ait Iudæos ſuſtuliſſe de Ieremia: Recordatus eſt Dominus Deus Iſrael mortuorum ſuorum, qui iacent in terræ tumulis, & deſcendit ad eos vt euangelizaret eis ſalutare ſuum. Item in his verbis: Ita hic quoque non ſuam ignorantiam ſignificat, ſed iſtorum qui eum Chriſtum non putant, & perinde ei moliuntur perniciem, quaſi vulgari homini, manſuro apud inferos. 18 Libro 4. aduerſus hæreſes. c. 45. & lib. 5. in fine. 19 Libro 6. ſtromatwn. 20 In libro de anima. 21 Homil. 35. in Matth. ad verba, Ieſus autem iterum clamans emiſit ſpiritum: & in commentariis in c. 5. ad Rom. ad verba, mors ei vltra non dominabitur. 22 Libro 2. aduerſus Iudæos. c. 22. & 24. 23 In oratione de conſummatione mundi & Antichriſto, in princip. 24 Lib. 4. c. 19. & 27. & in carmine de reſurrectionis Dominicæ die.

25 In lib. De humanitate verbi, eiuſque corporali ad nos aduentu. & in libro De incarnatione Chriſti, non ſemel. & in tractatu de ſalutari Ieſu Chriſti aduentu aduerſus Apollinarium. & quæſt. 156. ad Antiochum principem. 26 Eccleſiaſt. hiſt. lib. 1. c. 13. & lib. 4. demonſt. euang. c. 10. & lib. 5. c. 10. & lib. 8 c. 1. & lib. 10. c. vlt. 27 Lib. 10. de Trinit. & in pſal. 118. ad verba, defecerunt oculi in eloquium tuum, dicentes, quando exhortaberis me? & in pſal. 141. ad verba, educ de carcere animam meam. & in pſal 138. ad verba, ſi deſcendero ad infernum, ades. 28 Catecheſi 4. & 14. illuminatorum. 29 In ſerm. de chriſmate, & in ſermone de paſſione Chriſti. 30 Lib. 3. de ſpiritu ſancto, & in commentariis in 1. Pet. 3. 31 In lib. de hæreſibus.

32 In ſerm. de laudib. Ioſeph. 33 Homil. 1. de ſymbolo: & homil. 1. 2. 6. 7. 8. de paſcha, & in homilia de beato latrone. 34 In pſal. 44. ad verba, myrrha & ſtacte & caſia: & in pſalm. 48. ad verba, veruntamen redimet Deus animam meam de manu inferni. 35 In oratione in ſanctum paſcha. 36 in oratione prima in Seruatoris noſtri reſurrectionem, ſub princip. 37 Lib. 3. de virginibus circa finem. & lib. 3. de fide ad Gratianum Auguſtum, c. 3. & in lib. de myſterio Paſchæ: & in lib. de incarnationis Dominicæ ſacramento, ca. 5. & in Pſalm. 43. circa finem, & 48. ad verba, veruntamen redimet Deus animam meam de manu inferni.

38 In prooemio in 1. librum commentariorum in Iſaiam. & libro 6. in Iſaiam, ad verba capitis 14. veruntamen ad infernum detraheris & in c. 3. Danielis, ad verba, qui reſpondentes regi, dixerunt. & in c. 12. Oſee, ad verba, & ego Dominus Deus tuus. & in c. 13. Oſee, ad verba, de manu mortis liberabo eos. & in c. 2. Ionæ, ad verba, de ventre inferni clamaui, & ad verba, pelagus operuit caput meum. & ad verba, & ſubleuabis. & in c. 9. Zachariæ, ad verba, tu quoque in ſanguine teſtamenti tui. & in c. 12. Matth. ad verba, ſicut enim Ionas. & in c. 4. ad Epheſios, ad verba, niſi quia & deſcendit in inferiora terræ: & ad verba, qui deſcendit. 39 In panegyrico de Celſo puero.

[40] Ruffinus, [41] Epiphanius, [42] Ioannes Chryſoſtomus, [43] Auguſtinus, [44] Cæleſtinus, [45] Auctor commentariorum in Epiſtolas Pauli ſub nomine Ambroſij, [46] Prudentius, [47] Sedulius, [48] Theodoretus, [49] Cyrillus Alexandrinus, [50] Primaſius, [51] Leo, [52] Arator, [53] Syſinnius, [54] Eucherius, [55] Claudianus, [56] Fulgentius, [57] Caſſiodorus, [58] Gregorius Romanus.

40 In expoſitione ſymboli, ad particulam, deſcẽdit ad inferna: vbi citat ſcripturas Mat. 12. 1.Pet.3. & pſalm.15. item ad verba, tertia die reſurrexit à mortuis.

41 In panario aduerſus hæreſim 69. quæ eſt Ariomanitarum, & in anacephalæoſi. 42 Homilia 37 in Matth. & homil.4. in Marcum: & homil.4 in epiſt. ad Hebr. ad verba, eum verò qui modicum. & homil.2. in ſymbolum Apoſtolorum, & in demonſtratione aduerſus Gentes quod Chriſtus eſt Deus. 43 Epiſt.57. ad Dardanum, & 99. ad Euodium. & lib.12. de Geneſi ad literam. c.34 & lib.17. de ciuit. Dei c.18. & in pſal.85. & tract.78. in Ioannem. & lib.4. de ſymbolo ad catechumenos, & in ſermonibus de tempore ſuprà à nobis citatis.

44 In epiſt. ad Ioannẽ Antiochenũ, Iuuenalem Ieroſolymitanũ, Ruffum Theſſalonicẽſem, & Flauianũ Philippenſem. 45 In commentariis in cap.5. & 10. ad Romanos, & in c 4. ad Epheſios. 46 In hymno ad incenſum cerei paſchalis, & in hymno omni hora dicendo. 47 In commentariis in c.5. ad Roman. ad verba, regnauit ab Adam vſque ad Moyſen, & lib.5. carminum de terræ motu, & de morte Domini in qua petræ ſciſſæ ſunt, & in inuectione in Iudæos. 48 In commentariis in c.2. Ionæ. 49 In epiſtola ſynodi Alexandrinæ ad Neſtorium, quæ incipit, Saluatore noſtro dicente apertè, qui amat patrem, &c. quam Epheſina ſynodus approbauit. & in libro de recta fide ad Theodoſium. & in libro de recta fide ad Reginas. & lib.12. in Ioannem. c.36. 50 In comment. in c.4. ad Epheſ. 51 ſerm.5. de natiuit. Dom. & ſer.1. de reſurrectione, & in epiſtola ad Turbium. 52 In Actis Apoſtolorum carmine deſcriptis. c.2. 53 In hymno 6. & 8.

54 In Geneſim. 55 Libro 3. de ſtatu animæ. 56 Lib.3. ad Thraſymundum. 57. In commentariis in pſal.48. & 138. 58 Lib.13. in Iob. c.20. & homil.22. in euangelia.

10. IMO manifeſtè deprehendimus germanum hunc deſcenſus Chriſti ad inferos ſenſum vſqueadeo fidelibus notum fuiſſe, vt Veteres ex eo argumenta vulgò ſumpſerint contra errantes & hæreticos. [1] Irenæus enim eos qui hunc mundum dicebant eſſe inferos, refellit ex eo. Athanaſius [2] confutat Apollinarium negantem Chriſtum habuiſſe animam: item [3] eos qui tradebant Verbum in oſſa & carnem mutatum. Epiphanius refutat [4] Tatianum negantem Adam eſſe ſaluatum: & [5] Lucianiſtas animæ Chriſti negatores. Cyrillus Alexandrinus [6] reuincit Arianos, qui audebant dicere Chriſtum, quia timuiſſet infernum, triſtem fuiſſe, ſudauiſſe ſanguinem, & deprecatum eſſe mortem: item [7] negatores animæ Chriſti. Quinetiam apparet clariſſimè ne Iudæos quidem & ethnicos ignaros fuiſſe huius germani ſenſus: tametſi, qua erant cæcitate, ipſum deſcenſum irriderent.

Alia argumẽta ex quibus conſtat olim verũ Chriſti ad inferos deſcenſum omnibus notum & certũ fuiſſe.

1 In fine libri quinti aduerſus hæreſes.

2 In fine ſermonis contra omnes hæreſes.

3 In epiſt. ad Epictetum.

4 In panario aduerſus hæreſim Tatiani, quæ eſt 46.

5 In Ancorato.

6 Libro 10. theſauri. c.3.

7 In libro de recta fide ad Theodoſium.

Celſus

Celſus enim Epicuræus in libris quos ſcripſit aduerſus Chriſtianos, introducit Iudæum irridentem hunc deſcenſum, tanquam deſumptum ex falſo prædicatis à gentilibus deſcenſibus ad inferos Orphei, Proteſilai, Herculis: eique Origenes ita[8] reſpondet, vt horum deſcenſus à fabuloſis auctoribus proditos, fideles quoque merito pro fabulis ducere ſcribat: Chriſti verò deſcenſum ad inferos, quia inſit ſacris literis, haudquaquam eſſe fabuloſum. Eademque exprobratio extat etiam in Octauio Minutij Felicis. Conſtat denique hunc ſenſum omnibus qui Chriſtiani audiebant, vſqueadeo certum fuiſſe, vt nulli hæretici eum negare auderent: non illi qui eo oppugnabantur: non ipſe Marcion, audaciſſimus in peruertendis ſcripturis hæreticus: non alij impudentiſſimi. malueruntque nonnulli, ne Eccleſiam in aliquo non vexatam relinquerent, quaſdam circa hunc deſcenſum hæreſes excogitare, quàm contra verum ſenſum niti, ne in re certiſſima operam perderent. Marcion[9] enim tradit Dominum ad infernum deſcendiſſe vt ſaluaret Cain, & Core, & Dathan, & Abiron, & Eſau, & Sodomitas, & Ægyptios, & omnes gentes quæ non nouerant Deum Iudæorum: Abel autem, & Enoch, & Noe, & Abraham, & Iſaac, & Iacob, Moſem item, Dauidemque, & Salomonem, cum omnibus Prophetis, & aliis qui Deo placuerunt, illic reliquiſſe. Alij[10] autem deſcendente ad inferos Chriſto credidiſſe incredulos, & omnes inde dixerunt liberatos. [11] Fuere etiam qui affirmarent Chriſtum ſecundum Deitatis ſubſtantiam ita deſcendiſſe in infernum, vt tunc cælo & terris defuerit. Et[12] Petrus Abailardus de deſcenſu Chriſti ad inferos quiddam catholicis auribus & mentibus inſuetum[13] prædicauit. Neque[14] defuerunt veteres Scriptores qui ex hoc deſcenſu malè inferrent, ſanctos, etiam poſt Chriſti mortem deſcendere ad inferos.

8 Lib. 2. contra Celſum.

9 Teſte Irenæo lib. 1. aduerſus hæreſes. cap. 29. & Epiphanio in panario aduerſus hæreſim 42. quæ eſt Marcionis.

10 Teſte Philaſtro, & Auguſtino in libro De hæreſibus, cap. 79. & Gregorio Romano epiſt. 15 lib. 6. epiſt.

11 Teſte Fulgentio libro 2. ad Thraſymundum.

12 Teſte Bernardo epiſtola 188. ad epiſcopos & cardinales curiæ.

13 In lib. ſent. & lib. Scito teipſum.

14 Irenæus in fine libri quinti aduerſus hæreſes: & Tertullianus in lib. de anim.

ros. Quos omnes Ecclesia quum sanare tentauit, non ad negationem germanæ descensus Christi ad inferos intelligentiæ confugit: sed ea, vt par erat, confirmata, istorum siue hæreses, siue errores aliis argumentis refutauit. Quis enim (vt[15] Augustinus ait) nisi infidelis, negauisset fuisse apud inferos Christum?

15 Epistola 99. ad Euodiū.

Descēsus Christi ad inferos probatur scripturis: & primo ex Psalmo 15. & loco Act. 2.

11. EXTABANT namque etiam clarissimæ vtriusque testamenti scripturæ, quæ plenam huius descensus doctrinam continebant. Dauid enim de resurrectione Christi, teste[1] beato Petro, prophetans[2] ait in eius persona: Quoniam non relinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Qui verò prædixit Deum non relicturum animam suam in inferno, vtique is præsumpsit eam in inferno futuram: quia nemo relinquit, aut non relinquit quippiam in loco in quo nunquam fuit. Igitur anima Christi, siue Christus secundum animam, fuit, iuxta Dauidem & Petrum, in inferno: idque posteaquam caro eius requieuit: hoc est, post mortem. præcedit enim apud[3] eundem Prophetam: Insuper & caro mea requiescet in spe. Quod ipsum Veteres animaduerterunt: quippe[4] qui hac scriptura in hunc finem vtuntur. Verumenimuero illud verum esse hic deprehendimus quod Salomon[5] ait, peruersos difficilè corrigi. Etenim eorum qui verum descensum negant, alij quidem sensum huius prophetiæ [6]peruertunt, anima vitam, inferno sepulchrum, vt plurimum significatum contendentes. Huncque sensum etiam ipse popupulus ab eis seductus cantillat in psalmis carmine[7] Galli-

Commenta hæreticorum de loco Psal. 15. & eorum refutatio.

1 Act. 2.
2 Psal. 15.
3 Psal. 15.
4 Origenes Homilia 35. in Matthæum, ad verba, Iesus autē iterum clamans voce magna. Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos, ca. 23. Lactantius lib. 4. c. 19. Athanasius in tractatu De salutari Iesu Christi aduentu aduersus Apollinarium. Vetus auctor libri de cardinalibus operib. Christi sub nomine Cypriani, in sermone de passione. Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 14. Eusebius Emissenus in Homilia de beato latrone. Ambrosius in Psal. 48. Epiphanius in panario aduersus Ariomanitarum hæresim, quæ est 69. & in Ancorato, & in Anacephalæosi. Ruffinus in expositione symboli. Hieronymus in c. 2. Ionæ ad verba, De ventre inferni clamaui, & ad verba, & subleuatis. Augustinus epist. 57. 59 & 99. & lib. 17. De ciuitate Dei c. 18. & tract. 78. in Ioannem. & lib. 4. de symbolo ad catechumenos, & in Psal. 85. Cyrillus Alexandrinus in lib. De recta fide ad Theodosium. Leo sermone 1. de resurrectione, & in epistola ad Turbium. Arator in carmine complectente, c. 2. Act.
5 Eccles. c. 1.
6 Caluinus in commentariis in c. 2. Act. ad verba, Non relinques animam meam in inferno.
7 *Sçachant pour vray que dans le tombeau creux, Ne souffriras que ma vie demourera.*

D co

co & [8] Flandrico redditis. tametsi etiam sint qui [9] annotent animam pro persona esse positam: neque [10] desint qui dicant scheol significare mortuos. Alij verò ipsa verba corrumpunt, [11] substituto in locum inferni sepulchro: & nonnunquam [12] etiam cadauere & corpore in locum animæ. Estque omnium horum commentorum hic bellus scilicet prætextus, quod Hebręis Nephes non solum animam, sed quandoque etiam corpus: & scheol non infernum modò, sed sepulchrũ quoque, & (vt quidam aiunt) etiam mortuos significet: quodq; ψυχὴ, sicut & Nephes, quandoque etiam vitam, & nonnunquam totum hominem denotet. Sed hæc quid aliud sunt, quàm vanitas vanitatum, & omnia vanitas? Primùm enim non fuit [13] mos Iudæis sepelire viuos, sed mortuos. & vt viuos sepeliuissent, ipsa nihilominus sepultura eis vitam abstulisset. Christus quoque manifestè iuxta symbolũ & sacras [14] scripturas non viuus, sed mortuus est sepultus. Igitur nullo pacto conueniebat vt Patri diceret, quia non relinques animam, siue vitam meam in sepulchro. Deinde vt vt sit de varietate significationis vocabulorum Nephes & scheol: vtq; eos non premamus versione septuaginta Interpretum: hoc saltem negare non possunt, Lucam, plenum spiritu sancto, optimè intellexisse quæ hîc esset horum vocabulorum propria & conueniens significatio. Atqui is [15] Nephes per ψυχὴν, & scheol per ᾅδην reddidit. Constat autem Græcis neque ψυχὴν significare σῶμα, id est, corpus, & multo minus cadauer (quod non quadrat honestè in filij Dei corpus mortuum, propterea quod diuinitas nunquam id deseruit) neque ᾅδην sepulchrum denotare, sed infernum. Frustrà ergo nituntur ambiguitate vocabulorum Hebraicorum, quam spiritus sanctus per Euangelistá hîc abstulit. Postremò licet anima quandoque vitam, & nonnunquam totum hominem per synecdochen

8 Wetende dat ghy niet en wilt noch meucht O Heer / mijn graf laten bergaen mijn leuen.

9 In margine Bibliorũ Gallicorũ impressorum Lugduni anno 1561. à Ioãne de Tournes: & in margine noui Testamenti ex vltima recognitione Caluini & Bezæ, impressi Geneuæ, anno 1566.

10 In hoc numero est Rodolphus Gualterus homil. 15 in 2. Act. ad verba, quia nõ relinques animam meam in inferno.

11 Exemplum huius corruptionis extat in Bibliis Gallicis impressis Lugduni anno 1561. à Ioanne de Tournes: & in nouo Testamento impresso Geneuæ, anno 1566.

12 Sic verterat Beza in prima editione. sed exagitatus à Castalione hunc errorem emendauit.

13 Passim in scriptura Veteris & Noui Testamenti.

14 Matth. 27. Mar. 15. Luc. 23 Ioan. 19. 1. Cor. 15.

15 Act. 2.

ecdochen ſignificet: tamen hæ ſignificationes non conueniunt huic loco, in quo & à toto pars ſignificata eſt in verbis, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem (tantum abeſt vt à parte totum ſignificatum ſit) & anima alteram hominis partem ſubſtantialem manifeſtè denotat: tum quia Propheta hoc adfert, vt oſtendat cur caro Chriſti requietura ſit in ſpe: nimirum quia anima eius breui ex inferno reditura ſit ad corpus, & hæc caro non ſit viſura corruptionem: tum quia[16] Petrus hanc prophetiam repetens, diſtinctiſſimè in exemplaribus Græcis meminit vtriuſque partis ſubſtantialis hominis, his verbis: Propheta igitur cùm eſſet, &c. locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quoniam neque derelicta eſt anima eius in inferno: neque caro eius vidit corruptionem. Omitto quòd Chriſto mortuo anima non potuit ſignificare per ſynecdochen totum hominem: quodque falſo ab eis traditum ſit animam quandoque ſignificare perſonam. Quarum rerum conſcius (vt veriſimile eſt) Wolfangus Muſculus, tametſi alioqui inſignis eſſet hæreticus, tamen ingenuè[17] agnoſcit, hunc locum docere verum deſcenſum Chriſti ad veros inferos. & addit: De articulo autem deſcenſus ad inferos, non me latet quàm varia ſit eruditorum ſententia. Obſcurus[18] quidem eſt, & multis diſputationibus obnoxius: verum ex eo nemo piorum verbis Apoſtolicis repugnabit, aut vim aliquam inferet. O veritas quàm fortis es & potens! quando etiam inimici tui non ſolùm te agnoſcunt; verùm etiam haud obſcurè ſocios, & accuſant quod verbis Apoſtolicis repugnent, eiſque vim inferāt, & piorum numero excludunt.

16 Act. 2.

17 in cōmentariis in Pſalmum 16.

18 Puta, in his qui pereūt. Nam & iſtis Euangelium opertum eſt. 2. Cor. 4. fidelibus verò non eſt obſcurus.

12. EODEM pertinent & aliæ duæ ſcripturæ. vna Chriſti, qua patefaciens figuram Ionæ à balena excepti, ait[1]: Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus

Idem deſcenſus ad inferos probatur ſcripturis Matth. 12, & Epheſ. 4.

1 Matth. 12.

 bus

bus & tribus noctibus: altera Pauli, in qua etiam vocabuli descẽsus apertè meminit, dum [2] ait: Quòd autẽ ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ. Quas scripturas vt penitus cognitas habeamus, inquirẽdum est, num Spiritus sanctus patefecerit in scripturis sacris vbi sit infernus, & quo loco eum constituerit. Constat autem Deum, licet naturaliter sciremus vbi cælum esset, nihilominus idem voluisse [3] patefacere verbo suo. Quanto ergo magis existimandus est reuelauisse verbo suo quod æquè clarè cognitum non habebamus vbi esset infernus? quando præsertim plenior eius cognitio non minus [4] vtilis erat homini in hac eius summa infirmitate, atque ipsius cæli. Verùm hæretici qui descensum Christi ad veros inferos negant, quia videbant huius rei inficiationem facere ad obscurandum scripturas quas habemus præ manibus, ex re sua esse existimauerunt, si etiam [5] negarent esse reuelatum à Deo vbi is esset. Quod autem qui verum Christi descensum ad inferos agnoscunt idem inficiantur, id ex mera leuitate & petulantia faciunt. Quarum quia insigne specimen apparet apud Magdeburgenses centuriatores, operæpretium est id hîc exhibere lectori: vt is perspecto eorum inuerecundo, inquieto & insanabili ingenio, ipsos omni contentione fugiat: & vnà etiam cognoscat quæ fuerit antiquitatis de hac quæstione sententia. Notant [6] ergo Christum manifestè docere, quod locus aliquis torquendis damnatis sit destinatus: vbi verò locus ille sit, non esse ab eo expressum. Et nihilominus iidem eodem loco tradunt infernum videri per circunscriptionem vocatum Abyssum Lucę capite octauo. Quę sola appellatio innuit eum esse in infimo mundi loco. reticentq; nomen cordis terræ: quod vt [7] Christus ipsi tribuit, ita manifestè docet vbi is sit. Admonent [8] deinde certũ esse ex locis à se citatis ex scriptis

2 Ephes. 4.

Quòd Deus reuelauerit vbi infernus sit situs: id quod hæretici negant.

3 Iob 11. Psal. 138. Amos 9.

4 Chrysostomus libr. 1. de prouidẽtia Dei.

5 In hoc numero est Petrus Viretus Dialog. 6. disput. Christ.

Qua leuitate et inconstãtia Cẽturiatores Magdeburgenses tractauerint hanc quæstionẽ, tum ex scripturis, tum ex Patribus.

6 Cẽturiæ 1. lib. 1. c. 5. titul. de inferno, seu loco ac pœnis damnatorum.

7 Matth. 12.

8 Centuriæ 1. lib. 2. c. 4. titul. de inferno.

ſcriptis Apoſtolorum, locum aliquem fore in quo pœnis æternis crucientur mali: ſed vbi infernus, ſeu locus damnatorũ ſit futurus, Apoſtolos non tradidiſſe eccleſiæ, quia id nõ acceperãt à Chriſto. Et interea tamẽ referunt inter appellationes huius loci ab eis proditas, non ſolum [9] abyſſum, ſed etiam [10] infimas partes terræ, & locum [11] infernorum: quæ haud obſcurè ſignificant infernus vbi ſit. An qui hæc ſcribunt, mente conſiſtere exiſtimandi ſunt? omitto quod de hoc loco perinde loquuntur, atque ſi nullus nunc eſſet locus in quo mali crucientur. Sequebatur iam vt hoc ſuum placitum illuſtrarent ſententiis Veterum, qui poſt Apoſtolorum ſæculũ tradidiſſent locum inferni eſſe ignotum. Verùm in hanc rem ante quintam centuriam citant neminem: quia qui idem quod ipſi vel prima facie ſenſiſſe videretur, totis poſt Apoſtolos quadringentis, & amplius, annis inuenerunt neminem. Scilicet officium ſuum bellè implent, qui ſua placita nullo modo probant. Et quid dico non probant? Immo verò haud aliter euertunt, atque ſi mentis non eſſent compotes. Referunt enim [12] centuria tertia inter ſententias de doctrina hæc verba Tertulliani, quibus ſententiam Chriſtianorum de loco inferorum exponit. Nobis, [13] inquit, inferi, non nuda cauoſitas, nec ſubdiualis aliqua mundi ſentina creduntur (putâ, vt Platoni) ſed in foſſa terræ & in alto vaſtitas, & in ipſis viſceribus eius abſtruſa profunditas. & impudenter reſecant quam is adfert ex Euangelio probationem huius ſententiæ Chriſtianorum. Siquidem, inquit, Chriſtum in corde terræ triduum legimus expunctum: id eſt, in receſſu intimo, & interno, & in ipſa terra operto, & intra ipſam cauato, & inferioribus adhuc abyſſis ſuperſtructo. Quarta [14] quoque centuria proferunt hæc verba [15] Hieronymi: quomodo cor animalis in medio eſt: ita & infernus in medio terræ eſſe perhibetur.

9 Apoc. 9.
10 Epheſ. 4. ſecundum verſionẽ ipſorum.
11 Philip. 2.

Quòd Veteres Eccleſiaſtici ſcriptores ſenſerint infernum eſſe profundè ſitum ſub terra.

12 ca. 4. tit. de inferno.
13 in libro de anima, titulo de receptu.

14 c. 4. titulo de inferno.
15 Ex cõmentariis in c. 2. Ionæ, ad verba, Et proiecisti me in profundũ in corde maris.

Quæ licet proferant inter corruptelas, eiſque addant, opinio eſt: tamen ne tentant quidem ſatisfacere argumento, quod is ex cordis vocabulo, à Iona & Chriſto prodito, deprompſit. Præcedit enim apud ipſum, quod omittunt: porrò per cor maris ſignificatur infernus, pro quo in Euangelio legimus, in corde terræ. Quid quòd ſilentio diſſimulant alias eius [16] ſententias, in quibus aliis ſcripturis docet infernum eſſe in inferiori terræ parte? quòd prætereunt [17] Irenæum, [18] Origenem, [19] Cyprianum? quòd omittunt [20] Lactantium, [21] Athanaſium, [22] Hilarium, [23] Cyrillum Ieroſolymitanum, Euſebium [24] Emiſſenum, [25] Gregorium Nyſſenum, [26] Ambroſium, [27] Prudentiú? qui haud obſcurè ſignificant infernum eſſe in inferioribus partibus terræ, ſiue in corde terræ. Quinto [28] demum ſæculo duas [29] Chryſoſtomi eorundem ferè verborum ſententias proferunt, in quibus is (vt aiunt) dicit ſe neſcire, & neſciri vbi ſit infernus. Verùm is iſta non dicit: tantum docet quæſtioni, An ſit gehenna, neceſſariò immiſcendam non eſſe quæſtionem, Vbi ſit. Et ait ſe exiſtimare gehennam eſſe alicubi extra terrarum orbem hunc, ſiue extra omnem hunc múdum. Quod ſi intelligas de habitabili, qua in re aliis Patribus aduerſabitur? ſic autem eſſe intelligendum, complura oſtendunt: vt quod vtróque loco curauit addere pronomen, hunc: vt quod in altero vtitur ſimilitudine regionum, carcerum & metallorum, quæ, inquit, porro diſtant. Eum verò alibi cæteris conſenſiſſe ex eo apparet, quòd [30] videtur inferioribus partibus terræ apud Apoſtolum intelligere infernum: quodq́ue paulò pòſt adiicit: In inferiores partes terræ, poſt quas non ſunt aliæ, deſcenderat. & aſcendit ſuper omnes cælos, vltra quos quoque nihil eſt aliud. His addunt ſententiam Auguſtini ex libro [31] de cognitione veræ vitæ, qua ait infernum eſſe incorporeum, eſſe ſubſtantiam ſpiritualem, corpori

16 In commentariis in c. 2. Ionę, ad verba, Pelagus operuit caput meum. & in c. 4. ad Epheſios, ad verba, quod auté aſcendit.
17 In fine libri 5. aduerſus hæreſes.
18 In commentariis in c. 6. ad Roma. ad verba, mors illi vltra non dominabitur.
19 libro 2. aduerſus Iudæos, cap. 24.
20 lib. 7. diui. inſtit. cap. 20.
21 Quæſtio. 156. ad Antiochú Principem.
22 Lib. 10. de Trinitate.
23 Catecheſi 14. illumin.
24 Homil. 2. de Paſcha.
25 In oratione 1. in Seruatoris noſtri reſurrectionem.
26 In cómentariis in Pſalm. 43. ſub finem.
27 In Hymno ad incéſum cerei Paſchalis.
28 Centur. 5. cap. 4. titulo de inferno.
29 Ex ſermone de præmiis Sanctorú, to. 3. & ex Homilia 31. in ca. 16. ad Romanos.
30 Homil. 11. in epiſtolam ad Epheſios.
31 cap. 40.

pori ſimilem: vt ex ea diſcamus quid ſint inferi. Sed hic liber manifeſtè non eſt Auguſtini. ac tametſi is[32] aliquando huiuſmodi aliquid ſenſerat de Inferis, viſuſque fuerat dubitare num verum eſſet quod dicebatur, Inferos eſſe ſub terris: tamen in libris[33] Retractationum admonet ſe magis debuiſſe dicere quòd ſub terris ſint, quàm rationem reddere cur ſub terris eſſe credantur, ſiue dicantur, quaſi non ita ſit: & aliis[34] locis manifeſtè eum ſub terris collocat. Hinc abrepti, & ſui placiti rurſus velut obliti, citant[35] Primaſij ſententiam, qua verbis apertis aſſerit Inferos eſſe ſub terra. Sed quid agerent? Ipſis aut non erant ſcribendæ centuriæ: aut diſſimulandæ, & quandoque etiam adferendæ erant ſententiæ catholicæ, tum de aliis rebus, tum de hac quoque quæſtione: quandoquidem non extabant quæ ipſorum errorem fouerent. Omiſſis ergo his errorum magiſtris, videamus, patefacta iam Veterum de loco inferni ſententia, quid ipſæ ſcripturæ nos de ipſo doceant. Inuenimus autem eas, cùm ſignificare volunt aliquos proficiſci ad inferos, vti[36] verbis, deſcendere in infernum. Neque obſcurum eſt eas eſſe proprietatis verborum obſeruantiſſimas: & nominatim horũ, aſcendere, & deſcendere. vt vel ex eo apparet quod aiunt Chriſtum[37] aſcendiſſe Ieroſolymam, &[38] deſcendiſſe Capharnaum. Igitur ſcripturæ verbo deſcendere ſignificauerũt infernum eſſe infra nos ſitum. Quod etiam ipſum nomen ſignificat. Et ne quis fortè ſomniaret neſcio quem ſpiritualem deſcenſum, non ſemel iunxerũt aſcenſionem ad cælum cum deſcenſione ad infernum: nominatim illic vbi[39] Dauid ait, Si aſcendero in cælum, tu illic es: ſi deſcendero ad infernum, ades. Quod argumento eſt quàm hinc certò intelligimus cælum eſſe ſupra nos; tam certò debere nobis eſſe perſuaſum, infernum verè eſſe infra nos ſitum. Vbinam verò infra nos eſſet, niſi ſub terra, in qua viui-

32 lib. 12. de Geneſi ad literam, c. 33.

33 Lib. 2. Retract. c. 24. in fi.

34 In commentariis in Pſal. 65 & libro 4. de ſymbolo ad cathecumenos.

35 Ex commentariis in c. 4. ad Epheſios, ad verba, in inferiores partes terræ.

Quòd ſcripturæ doceant infernũ eſſe in interno et infimo terræ loco.

36 Iob 7. & 17. Pſal. 113. Baruch 3.

37 Matt. 20. Marc. 10. Luc. 18. Ioan. 2.

38 Ioan. c. 2.

39 Pſal. 138.

viuimus? Hinc est quod Paulus eos qui sunt in inferno
40 Philip. 2. [40]vocat καταχθονίους, hoc est propriè (vt etiam Erasmus
41 Apocal. 5. annotauit) subterraneos: quodque Ioannes[41] vtitur appel-
latione creaturæ quæ sub terra est. Atque vt in maxima
terræ vastitate pleniùs cognitum haberemus eius locum,
scripturæ declarant ipsum esse profundissimè situm: no-
42 Iob 11. minatim istæ:[42] altior cælo est: profundior inferno: (cuius
43 Nominatim impressa Lugduni à Ioanne de Tournes anno 1561. & ita etiam legit & interpretatur Caluinus sermone Gallico 43. in Iob. loco Biblia[43] Gallica Caluinistarum malè habent vocem
abyssis) si[44] descenderint vsque ad infernum, inde manus
mea educet eos: vsque in[45] infernum descendes: vsque
in[46] infernum demergeris. Interdum autem etiam do-
cent eum tam profundè esse situm, vt sit sub abyssis. Ecce
gigantes ([47]inquit Iob) gemunt sub aquis, siue (vt est He-
44 Amos 9. 45 Matt. 11. braicè) sub abyssis aquarum. Nam quod hæretici innixi
46 Luc. 10. 47 cap. 26. quibusdã Rabbinis qui clauem scientiæ amiserunt, etiam
hunc locum longè aliter transferunt, nihil fideles moue-
re debet: quandoquidem eum vsqueadeò insipidè & pa-
rum accommodatè ad id quod de inferno sequitur red-
dunt, vt nihil supra. Quinetiam ipsemet Deus Iob postea
alloquens idem haud obscurè significat. idque cum hoc
auctario, vt doceat eum esse in terra sub abyssis sita.
48 Iob 38. Posteaquam enim[48] dixisset, Nunquid ingressus es pro-
fundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? ad-
dit, nunquid apertæ tibi sunt portæ mortis, & ostia tene-
49 cap. 10. brosa vidisti? putâ, terræ quam Iob[49] antea vocauerat te-
nebrosam. Hinc est quod Ezechiel infernum non semel
50 c. 31. & 32. [50] vocat terram vltimam, siue infimam vel inferiorem.
51 anno 1580. vtrunque enim significat vocabulum Hebraicum. quod
52 Nominatum in Bibliis impressis Lugduni à Ioanne de Tournes anno 1561. sacrilegè omissum est in translatione Flandrica Biblio-
rum[51] Dordraci impressorum: in Gallicis verò[52] Caluini-
starum Bibliis malè per[53] positiuum gradum est reddi-
53 *En la terre basse.* tum. Porrò his bellè respondent appellationes cordis
54 cap. 12. terræ apud[54] Matthæum, & inferiorum partium terræ
apud

apud[55] Apoſtolum. Nam (vt cętera particulatim non perſequar) quid aliud eſt cor terræ, quàm terra infima & intima? & inferiores partes terræ quid aliud ſunt, quàm terra inferior? comparatione nimirum ſuperioris terræ, quam[56] Propheta eodem loco appellat terram viuētium. quæ vox quoq; in eiſdem[57] Bibliis Dordracenis eſt adulterata. Quare quod à Chriſto prædictum eſt, filium hominis futurum tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ, & ab Apoſtolo traditum eſt eum deſcendiſſe in inferiores partes terrę, haud obſcurè ſignificat eum deſcendiſſe ad inferos: veros, inquam, qui ſunt ſiti in inferiori, ſiue infimo terræ receſſu.

55 Epheſ. 4.

Ex collatione eorum quæ ſcripturæ tradunt de ſitu inferni, manifeſtū eſſe Chriſtum & Paulum docere deſcenſum ad veros inferos.

56 Ezech. 32.

57 Reddunt enim eam per de gaudſche, wereldt.

13. SED examinanda etiam ſunt ipſa Chriſti & Apoſtoli verba cum eorum circunſtantiis: conferendaq; ſunt cum adhuc aliis ſcripturæ locis. idque eo iuſtius quòd qui negant verum Chriſti ad inferos deſcenſum, corde terrę, [1] ſepulchrum; & inferioribus partibus terræ, alij quidem hunc [2] mundum, alij verò [3] ſepulchrum peruersè contendunt eſſe ſignificatum: & inſuper his interpretationibus diffiſi, nonnunquam ipſum quoque textum adulterant. Nam Biblia eorum Gallica [4] loco eius quod legimus in corde terræ, habent, in terra, ſublato cordis vocabulo: & [5] Latina, [6] Gallica, [7] Flandrica, id quod vulgò legimus apud Apoſtolum, in inferiores partes terræ, referunt vel per poſitiuum, vel per ſuperlatiuum. Chriſtus autem apud [8] Matthæum manifeſtè ait filium hominis futurum tribus diebus & tribus noctibus, ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς, id eſt, in corde terræ. Hancq; lectionem omnia exemplaria, Græca, & Latina, omneſque Interpretes, veteres iuxtà ac Neoterici,

Ex verbis & circunſtātiis horum locorū cōſtare Chriſtum & Paulū docere deſcenſum ad veros inferos.

Commenta & corruptelæ hæreticorum in his locis, eorumq; refutatio.

1 Plerique hæretici in ca. 12. Matthæi.

2 Nominatim Caluinus, Gaſpar Megander, Auguſtinus Marloratus in c. 4. ad Epheſ.

3 Nominatim Petrus Viretus Dialog. 6. in ſymbol. Apoſt.

4 Nominatim impreſſa Lugduni à Ioanne de Tournes anno 1561. & Nouum Teſtamentū Gallicum ex vltima recognitione Caluini & Bezæ impreſſum Geneuæ anno 1566. 5 Nominatim ea quæ Auguſtinus Marloratus ſecutus eſt in ſua expoſitione (vt vocat) Eccleſiaſtica. habent enim, in infimas partes terræ. 6 Nominatim ea quorum paulo antè mentionem fecimus. legunt enim, *es baſſes parties de la terre*. quam lectionem ſequitur etiam Nouum Teſtamentum, cuius ibidem meminimus. 7 Nominatim Dordraci impreſſa anno 1580. & Nouum Teſtamentum Leidæ impreſſum cum annotationibus Marlorati anno 1579. Inde nederſte deelen der aerden. quod idē etiā in margine habet hanc peruerſam interpretationem: te weten, vaaden hemel hier neder inder wereldt. 8 cap. 12.

Neoterici, concorditer sequuntur. Ideoq; insigne sacrilegium committunt, qui vocabulum Cordis ex Christi sermone auferunt. Cor porrò in animalibus non circa exteriores corporis partes, sed in interiori eorum recessu manifestè situm est: & quod in ipso corde est, eis planè intimum est. Quomodo ergo fieri possit, vt Christus his verbis significauerit se in sepulchro futurum tribus diebus & tribus noctibus? an ignotum est sepulchra esse circa superficiem terræ? porrò is secundùm naturam humanam (cuius respectu hęc manifestè dicuntur) duabus tantùm substantialibus partibus, vt nos, constabat, anima & corpore. Igitur significauit his verbis se futurum secundum animam tribus diebus & tribus noctibus terræ in penetralibus altis, vt[9] Iuuencus ait: hoc est (vt Veteres [10]quoque interpretantur) in inferno. Quò nos clarè vocat etiam Ionæ similitudo ab ipso allata: Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Nam cùm omnium animalium venter manifestè sit situs non circa eorum superficiem, sed in interiori eorum recessu, venter balenæ tanto magis ab eius squamis distat, quanto ipsius corpus cæteris animalium corporibus est vastius. Et quod in ipso balenæ ventre est, adhuc longiùs ab eius squamis abest. Proinde Ionas in ventre ceti existens non expressit, saltem primò & præcipuè, filium hominis in sepulcro tribus diebus & tribus noctibus iacentem; sed in inferno secundum animam totidem diebus & noctibus commorantem. quod vt facilius[11] intelligeremus, ipsemet [12]Ionas hunc ventrem insigniuit appellatione Inferni: De ventre, inquit, scheol, id est, [13] inferni, clamaui: & quod amplius est, expresse ait se proiectum à Deo in profundum in cor maris. quis autem est qui non videat cor maris respondere cordi terræ, & maris intimum æquè atque

cor

9 Lib. 2. Euāgelicæ histor.

10 Irenæus in fine lib. 5. aduersus hæreses. Tertullianus in lib. De anima, titul. de animæ receptu. Origenes in cap. 6. ad Rom. ad verba, Mors illi vltra nō dominabitur. Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 14. Eusebius Emissenus homil. 2. de Pascha. Gregorius Nyssenus in oratione 1. in Seruatoris resurrectionē. Athanasius q. 116. ad Antiochum Principē. Ambrosius in commētariis in Psal. 43. sub finem. Hieronymus in cōmentariis in ca. 12. Osee, ad verba, Et ego Dominus tuus. & in c. 2. Ionæ. & in c. 12. Matthæi. Augustinus in Psal. 65. & lib. 4. de symbolo ad catechumenos.

11 Cyrillus Ierosolymitanus catech. 14. Illumin. & Hieronymus in c. 2. Ionæ, ad verba, Clamaui de tribulatione mea.

12 cap. 2.

13 Non conuenire hîc vocem sepulchri, quod Biblia hęretica Lugduni Gallicè impressa anno 1561. hîc obtrudunt, vel ex eo apparet, quòd neque Christus, quem Ionas repræsentauit, neque quiuis alius clamauerit de sepulchro.

cor terræ, medium terræ significare? & si quis fortè vsque adeò cæcus est, vt id non videat, idem Propheta eum hac cæcitate liberat: quippe qui ait, omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Circundederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me. Apostolus quoque manifestè[14] pronuntiat Christum descendisse εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, id est, in inferiores partes terræ: suffragantibus huic lectioni omnibus Græcis & Latinis exemplaribus, & cuiusuis etiam temporis interpretibus. Ideoq; Dei verbum adulterant, qui eius verba transferunt vel per positiuum, vel per superlatiuum gradum. Qui tametsi sensui catholico magis fauere videatur, quàm comparatiuus: tamen non hoc, sed planè alio fine in locum comparatiui ab hæreticis substituitur: quippe qui hoc vocabulum esse volunt epitheton terræ & partium ipsius comparatione cæli: cui eorum scopo superlatiuus magis subseruit. Nec de re obscura loquor; quandoquidem[15] Caluinus expreßè scribit vnam partem terræ non comparari cum altera: sed totam terram cum cęlo. quod commentum ipsa Apostoli verba, vt sunt ab eo scripta, apertè & funditus euertunt. Continent enim comparatiuum, inferiores. partes autem terræ inferiores dicuntur comparatione superiorum terræ partium, quas diximus ab[16] Ezechiele appellari terram viuentium. Et tantum abest vt verum sit totam tèrram comparari cum cælo, vt descensus in inferiores partes terræ componatur cum ascensu ad supremam mundi partem, excedentem etiam ipsos cælos. Sequitur enim apud[17] Apostolũ: qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos. Notandaq́; diligenter est etiam ratio quam addit, vt adimpleret omnia: putâ, seipso, vt[18] Basilius inquit, id est, per semetipsum. Non enim ait, quod[19] Cal-

14 Ephes. 4.

15 In cõmentariis in c. 4. ad Ephesios.

16 cap. 32.

17 Ephes. 4.

18 In commentariis in Psal. 44. ad verba, myrrha & stacte & casia.

19 In Bibliis & Testamẽtis Gallicis & Flãdricis.

 uinistæ

uiniſtæ in margine horum verborum notant, vt adimple-
ret eccleſiam ſuam, nimirum hîc peregrinantem: ſed vt
20 Philip. 2. adimpleret omnia. Omnia verò idem Apoſtolus[20] diuidit
in cæleſtia, terreſtria, & inferna, ſiue ſubterranea. Igitur
adimpleuerat preſens donis ſuis non ſolum terreſtria, ve-
rùm etiam inferna. Nec quicquam reſtabat ab eo præ-
ſente adimplendum donis ſuis, præter cæleſtia, vt adim-
pleret omnia. quod vt faceret, aſcendit ad cælum cælo-
rum ſupra omnes cælos ſitum. Nempe duplex eſt Chri-
21 In oratione in ſanctum Paſcha. ſti deſcenſus. quod[21] Gregorius quoque Nazianzenus
notauit. Vnus, quo ex cælis deſcendit in terram: de[22] quo
22 Ioan. 16. ait, exiui à Patre, & veni in mundum: vbi conuerſans re-
pleuit terreſtria donis ſuis, & corporalibus & ſpirituali-
bus. alter, quo ex hac terra deſcēdit ad inferna. In quem,
non in illum, quadrant verba Apoſtoli: non ſolùm quia
hic proximè præceſſit aſcenſionem (cuius occaſione hîc
fit mentio deſcenſus) ſed etiam quia nequeunt de illo in-
telligi: de hoc autem optimè intelliguntur. Non enim
dictum eſt eum deſcendiſſe in inferiores partes mundi:
quod quis rectè interpretetur de illo deſcenſu, propterea
23 Homi. 11. in epiſtolam ad Epheſios. quòd terra ſit infra cæteras mundi partes: vel deſcendiſſe
in ſuperiores terræ partes: quod tum in eundem deſcen-
24 Irenæus in fine lib. 5. aduerſus hereſes. Origenes in ca. 6. ad Roma. ad verba, Mors illi vltra non dominabitur. Hilarius lib. 10. de Trinitate. Auctor commentariorum ſub nomine Ambroſij in c. 4. ad Epheſ. Primaſius in cap. 4. ad Epheſios. ſum, tum in eius ſepulturā rectè quadret, propterea quòd
ſepulchra ſint quædam velut arcæ huius noſtræ terræ, in
quibus corpora conduntur in diem reſurrectionis: ſed
ſcriptum eſt, in inferiores partes terre: poſt quas (vt Chry-
ſoſtomus[23] inquit) nō ſunt aliæ. Hoc eſt (vt Veteres quoq;
[24] Eccleſiaſtici ſcriptores interpretātur) in infernum. An-
tiquiſſima namque eſt hæc eius periphraſis, & longè an-
te Apoſtolum prodita. Extat enim non ſolùm in Eccle-
ſiaſtico, illic[25] vbi Sapientia predicit ſe penetraturam om-
nes inferiores partes terræ, & inſpecturam omnes dor-
25 Eccle. c. 24 mientes, ac illuminaturam omnes ſperantes in Dominō
(quo

(quo loco[26] Caluiniſtæ iterum comparatiuum per poſitiuum reddiderunt, quia videbant eum poſſe intelligi de hoc deſcenſu) verumetiam in libro[27] Pſalmorum, vbi ſcriptum eſt: Introibunt, ſiue intrabunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij: partes vulpium erunt. quæ ſi quis conetur interpretari de deſcenſu, vel in hunc mundum, vel in ſepulchrũ; næ hic habebitur ridiculus. quomodo enim penetrauerit omnes inferiores partes terræ, qui vel natus, vel ſepultus eſt? aut quî ſimul conſiſtent vt dicantur ſepeliendi, qui ſcribuntur lacerandi à beſtiis? Itaque nequicquam finguntur adulterini ſenſus particulæ ſymboli, deſcendit ad inferos, vt negetur verus Chriſti ad eos deſcenſus: quandoquidem[28] Prophetæ,[29] Chriſtus Ieſus, & Apoſtoli[30] Petrus &[31] Paulus, cum apertiſſimè tradiderunt. Sed pergamus tamen adhuc plenius eum exponere ex Scripturis.

26 In Bibliis Gallicis Lugduni impreſſis à Ioãne de Tournes anno 1561

27 Pſalm. 62. & lege Hieronymũ in commentariis in c. 31. Ezechielis, & in c. 2. Ionæ. ad verba, pelagus operuit caput meum.

28 Pſalm. 15 Eccl. 24. Ion. 2.

29 Matt. 12.

30 Act 2.

31 Epheſ. 4.

14. QVOD vt pro rei dignitate præſtemus, repetemus paulo altiùs quæ ſunt ſcienda de ſignificationibus inferni. idque eo iuſtiùs, quòd hæretici quum ſua dogmata tueri non poſſent, niſi etiam huius vocabuli ſignificationes peruerterent, ſæua doctrinæ ſuæ venena profuderunt vſque ad negationem verorum inferni ſignificatorum, & inuentionem nouorum. Igitur qui Latinis dicitur Infernus à ſitu, appellatur à Græcis ᾅδης propter obſcuritatem: ab Hebræis Scheol, à ſchaal, id eſt, peto, & poſtulo. Sed Scheol, ſi Neotericis Rabbinis credimus, latiùs patet, quàm ᾅδης Græcis, & Infernus Latinis: eo quòd ipſis etiam ſepulchrum ſignificet. Inferni verò, ſicut & iſtorum aliorum, propria ſignificatio, quædam eſt[1] generalis: quædam verò ſpecialis: eaque (vt mox[2] apparebit) multiplex. Per metaphoram verò & metonymiam venter ceti in quem Ionas deſcendit,[3] dictus eſt infernus: propterea quòd plenus horroris & con-

Inferni appellationes, & veræ ſignificationes breuiter recenſentur.

1 Vide infra ſectionem. 15.

2 Vide infra ſect. 17. 18 & 20.

3 Ionæ c. 2.

fusionis quum esset, insuper erat figura veri inferni ad quem Christus descendit. Notarunt autem [4] quidam Veterum etiam nostrum aërem vocatum esse infernum à [5] Petro. sed (quod bona eorum venia sit dictum) necesse non habemus agnoscere hoc significatum: non solùm quia Græca exemplaria non [6] vtuntur voce ᾅδου, id est, inferni: sed etiam quia veri inferni siue rudentes, siue catenæ, potuerunt traxisse angelos peccantes vsque ad locum quem Petrus videtur appellare Tartarum, pertracturæ eos in iudicio vsque ad ipsum infernum. Habemus breuiter & in genere veram de significatione horum vocabulorum sententiam. qua si hæretici nostri sæculi fuissent contenti, non tam longè aberrassent à veritate. Verùm hæresis ita mentem eis abstulit, vt plurima noua & falsa significata, alij quidem hæc, alij verò alia, comminiscerentur. [7] tradiderunt enim infernum sæpiùs in scripturis pro sepulchro poni. & quidam etiam eò sunt progressi, vt ab hac [8] tanquam præcipua significatione gehennæ significatum (quod agnoscunt) profluxisse scribant. His [9] adiiciunt infernum quandoque significare mortem. item statum & conditionem defunctorum, siue [10] mortuos & defunctos. item [11] extrema pericula, ingentesque miserias, dolores, angustias: vt Psalmo 18. & 116. item culpam peccati, potestatem mortis, iudicium & furorem Dei, & profundum siue abyssum omnium rerum & omnium miseriarum atque infelicitatum: siue [12] omnem vim contrariam & satanicam, omnemque hostis impetum. in qua significatione aiunt infernum positum Matthæi capite decimosexto. Interdum tamen cautiùs loquuntur. siquidem ipsi vocabulo Hebraico Scheol quædam horum significatorum ascribunt. Deprehendi autem eos etiam vertisse Scheol, nonnunquam per [13] abyssum:

Noua & falsa Inferni significationes ab hæreticis proditæ.

4 Augustinus quæst. 29. super Num. & in lib. de natura boni contr. Manich. c. 33. & Gregorius in cap. 17. Iob, ad verba, in profundissimũ infernum.

5 2 Pet. 2.

6 est enim Græcè ταρταρώσας.

7 Quotquot interpretantur in symbolo infernum per sepulchrum. & Caluinus lib. 2 Inst. c. 16. sect. 8. ac plerique alij hæretici.

8 Nominatim Petrus Viretus Dialog. 6. in symbolum.

9 Nominatim idẽ Petrus Viretus eodem loco.

10 Rodolphus Gualterus hom. 15. in Acta Apost.

11 Idem Viretus eodem loco.

12 Zuinglius in c. 16. Matth. ad verba, & portæ inferi.

13 Nominatim in Bibliis Gallicis impressis Lugduni anno 1561. Iob cap. 11.

ſum: nonnunquam verò [14] per foſſam: notatumq́ue etiam eſſe ab ipſis, ἅδην quemuis quoque locum ſignificare in quo nullus eſt viſus. quid enim non audeat effrenata hæreſis? Conſtitutum verò eſſe debet omnibus, neque infernum, neque ἅδην ſignificare ſepulchrum. Inauditum enim eſt hoc eorum ſignificatum omnibus Græcis & Latinis ſcriptoribus: tantum abeſt vt gehennæ ſignificatum ab eo profluxerit. quod iſtorum ſilentium ſatis ſuperq́ue comprobat. cur enim non proferrent auctores, ſi aliquos ſequerentur? nec conſequens eſt, ſi Scheol etiam ſepulchrum ſignificet, vt ideò infernus Latinis, & ἅδης Græcis idem quoque denotent. ſexcenta namque occurrunt vocabula, quæ in ſua lingua ambiguã quum habeant ſignificationem, non inueniunt in alia lingua eiuſdem ambiguitatis vocabula: ideoque néceſſe eſt vt ea exprimantur pluribus vocabulis. De ſignificatione verò vocis Scheol ſic habendum eſt, ſeptuaginta duos Interpretes, & Græcos ſcriptores Eccleſiaſticos ſemper eam reddidiſſe per ἅδην; nunquam verò per μνῆμα: eandemq́; Latinos Interpretes tranſtuliſſe per infernum; nunquam verò per ſepulchrum. qui omnes præſtant eruditione Neotericis Rabbinis. tametſi ne hi quidem negent Scheol ſæpius infernum & gehennam ſignificare: quin potius id frequenter [16] interpretentur per gehennam, & nonnunquam [17] etiam eam deſcribant. tantum aiunt Scheol quandoque etiam ſepulchrum ſignificare. quod ſignificatum quia non malè quadrat in quædam ſcripturæ loca, & [18] Liranus ex Iudæo Chriſtianus etiam notauit Scheol quandoque accipi pro foſſa in qua ponuntur corpora mortuorum: ſit ſanè vt volunt: dummodo hoc ſignificatum neque habeatur pro præcipuo, neque obtrudatur vbi non conuenit. In infernum enim omnes ſcripturæ loci qui habent Scheol, conueniunt: etiam ille [19] Iacob

(quem

14 in eiſdem Biblijs Geneſis c.37.

15 in eiſdem Act.2.& in nouo teſtamento Gallico ex vltima recognitione Caluini & Bezæ, vbi ad verba, *Tu ne laiſſeras mon ame au ſepulcre*, in margine aſcriptum eſt, *ou au lieu la ou on ne voit goutte.*

Confutantur falſæ inferni ſignificationes.

16 Talmudiſtæ & Chaldæus paraphraſtes in locum pſal.49. veruntamẽ Deus redimet animam meam de manu inferni.

17 Rabbi Leui in cap.26. Iob. R. Abrahã in c.2. Ionæ & in pſal. 139.

18 in c.5. Iſaię ad verba, Dilatauit infernus animã ſuam.

19 Geneſ.44.

20 Catechesi 4. in symbolú Apostolorum.

(quem [20] Erasmus nequicquam obiicit) deducetis canos meos cum dolore ad inferos: eo quòd cani per se doloris expertes noto tropo significent Iacob senem: qui vtique non solùm corpore constabat, quod sepultum fuit: sed etiam anima, quæ descendit ad inferos. non omnes autem conueniunt in sepulchrum, vt mox intelligemus. & ipsa vocis Hebraicæ, Græcę, Latinę, etymologia in infernum magis quàm in sepulchrum quadrat: eo quòd is hoc longè & inferior, & obscurior, & maior olim erat exactor. Quòd verò ad sequentia significata pertinet, ea manifestè sunt conficta; quacunque etiam lingua exprimantur. nam & profanis & sacris scriptoribus aliud est mors, aliud infernus: nominatim Osee 13. & Apocal. 20. id quod etiam [21] Hieronymus expressè annotauit: aliud sunt mortui, aliud infernus: vt Ezechielis capite 31. & Apoc. 20. aliud est Hebræis [22] Scheol, aliud [23] Tehom, id est, abyssus propriè dicta, & [24] Pachat, id est, fouea vulgaris: aliud Græcis est ᾅδης, aliud quiuis locus obscurus. neque vllo modo sequitur quia ᾅδης dicitur ab α particula priuatiua & ἰδεῖν, id est, videre, vt propterea quilibet locus tenebrosus appelletur ᾅδης: quandoquidem ne pueri quidem in scholis ignorant, quàm nullius sit momenti huiusmodi ab etymologia argumentum. apparetque similis inscitiæ, ne dicam malitiæ, specimen in restantibus significatis. Infernus enim manifestè neque significat in [25] Psalmis extrema pericula & ingentes miserias. verùm hæc significare possunt pericula & dolores inferni, quæ Dauid memorat. idque non aliter quàm per hyperbolen, qua plus dicimus quàm volumus intelligi: neque etiam denotat apud [26] Matthæum quæ isti scribunt. nam & hic manifestè non solius inferni meminit; verùm memorat portas inferni. quæ licet per metaphoram quædam ab eis memorata significare possint: tamen vocabulum Infernus

21 In commentariis in c. 13. Oseæ, ad verba, de manu mortis liberabo eos.
22 Ezech. 31.
23 Gen. 1.
24 2. Reg. 18. & Ierem. 48.

25 psal. 18. & 116.

26 cap. 16.

Infernus

fernus nullo pacto hæc significat, sed vsitatam hîc quoque retinet significationem: sicut vita & cælum, si quis eodem tropo dicat, fidem esse portam vitæ, & potestates quæ Deo seruiunt in hoc mundo, esse portas cæli.

15 INCREDIBILE est quanto studio, quibusque artibus reprobi homines aggressi sint ad euertẽdum doctrinam Dei de descensu Iesu Christi ad inferos. Iamiam audiuimus eos audacter sibi arrogãtes auctoritatem condendi nouas vocabuli inferni significationes, quibus sua commẽta tuerentur. Vbi verò Catholici depromunt germana Inferni significata, tum in hypocrisi loquentes mendacium aiunt se religione impediri, quominus vllum ex his agnoscant, præter id quod gehennam significat. eoque progrediuntur, vt quæcumque in alia significatione occurrunt in scriptura, ea vel per sepulchrum & confictas à se significationes transferant, vel interpretentur per gehennam. sed quàm iniustè hoc faciant, nunc aperiendum est. [1] Suprà indicauimus quandam esse generalem Inferni significationem. neque nos primi eam notauimus. Hieronymus namque interpretans [2] quędam Oseæ verba de morte & inferno, definit Infernum esse (putâ ipsi Prophetæ) locum in quo animæ recluduntur, siue in refrigerio, siue in pœnis pro qualitate meritorum. vtunturque passim Veteres Inferno in hac significatione: hoc est, pro vastissimo & vniuersali receptaculo sub terra sito, ad quod omnes animæ, sanctæ, æquè atque omnes aliæ, descendebant ante Christi mortem: quum aut ex professo docent sanctos æquè ac alios descendisse ad inferos (vt quidem docent, exempli causa, [3] Origenes, [4] Athanasius, [5] Hieronymus, [6] Chrysostomus) aut id tectè

Scripturas, & scriptores Ecclesiasticos tradere generalẽ inferni significationem.

1 Suprà sect. 14. in princip.
2 Cap. 13.

Scriptores Ecclesiasticos docere sanctos ante Christi mortem descendisse ad inferos.

3 Lib. 2. contra Celsum, vbi pueros resuscitatos ab Elia & Elisæo ait reuocatos esse ab inferis. 4 In lib. De incarnatione Christi. 5 In epitaphio Nepotiani, & in epist. ad Paulam super obitu Blesillæ, & in epistola ad Dardanum, & q. 11. ad Algasiam, & in c. 9. Ecclesiastis. & in c. 11. Matth. ad verba, Tu es qui venturus es? 6 Homilia 4. in Marcum. & homilia 18. in Acta Apostolorum, & homilia in Euangelium secundum Lucam de diuite, & in demonstratione quòd Christus sit Deus.

profitentur: quod faciunt plerique Veterum vſque ad tempora Apoſtolorum, quum [7] ſcribunt Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, vt ſanctos Patres liberaret. quos omnes Magdeburgenſes nefario [8] ſilentio prætereunt, excepto Chryſoſtomo: cuius aliquot ſententias [9] citant, quibus aït omnes, etiam ipſum Abraham, fuiſſe apud inferos: & quodam [10] Auguſtini loco: atque ita tamen vt hęc (ſi Deo placet) referant inter corruptelas quinti ſæculi. Sed agamus quod agendum eſt. Homo conditus à Deo vt poſt habitationem [11] terreni paradiſi incoleret [12] cæleſtem paradiſum, in quo erat verum lignum vitæ, eo-ipſo quo per inobedientiam exulauit à paradiſo terreſtri, vnà etiam exul factus eſſe credendus eſt paradiſi cæleſtis, hoc altero adumbrati: & vt hîc in locum laboris, ita poſt mortem in infernum, regionem longè à cælo diſtantem fuit damnatus. ante peccatum enim neque [13] mortis, neque [14] inferorum regnum erat in mundo. Inde autem ab eo, & per id mors & infernus in omnes regnauerunt. & ſicut etiam fidelibus & ſanctis non patuit reditus ad paradiſum terreſtrem; ita nec eis datus eſt aditus ad cæleſtem: collocato tanto magis Cherubim & flammeo gladio ante paradiſum cæleſtem, ad cuſtodiendum viam inſignis illius ligni vitæ, hoc altero ſignificati, quanto iſte paradiſus erat hoc præſtantior. ideoque nulla in ſcripturis antè fit mentio aditus ad paradiſum, [15] quàm Chriſti mors inſtaret: qui extincta ſuo ſanguine hac romphæa flammea, ſanctos, & inter eos latronem pœnitentem, ad hoc præcellens lignum vitæ admiſit, & [16] nouam viam ad cælum ſuo aſcenſu eis dedicauit. ſemper verò fit mētio deſcenſus ad inferos; in ſanctis, inquam, æquè atque in aliis: nominatim apud Dauidem [17] quum ait: Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam ſuam de manu inferni? audimus enim clariſſimè omnibus, abſque exceptio-

7 Vide infrà ſect. 41.

8 Secunda, tertia, quarta, quinta, & ſexta centuria.

9 Centuriæ 5. c. 4. titul. de loco animarum in inclinatione doctrinæ.

Scripturas docere, ſanctos olim deſcendiſſe ad inferos.

10 Ex quæſtionibus ex vtroque teſtamēto mixtim. quæſt. 123.

11 Geneſ. 2.

12 Apocal. 2.

13 Rom. 5.

14 Sapien. 1.

15 Lucæ 23.

16 Hebr. 10.

17 Pſal. 88.

exceptione ſanctorum, fuiſſe neceſſariò deſcendendum ad inferos, ibiq́ue manendum. Neque obſcurè intelligimus Infernum hîc ſignificare generale receptaculum inferum, omnibus hominibus, piis & impiis, commune: quod Iob propterea quandoque vocat Domum conſtitutam omni viuẽti. Scio,[18] inquit, quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. Nam quòd hæretici vel ſententiam horum locorum vitiant, vel etiam textum[19] corrumpunt ſuo ſepulchro, nihil mouere debet fideles: quandoquidẽ facile eſt deprehendere ſepulchrum hîc non conuenire: tum quia plurimi variis caſibus caruerunt ſepultura: ſolenneq́ue etiam multis nationibus fuit non ſepelire mortuos: & qui non caruerunt ſepultura, per ſuos familiares facere potuerunt vt non ſepelirentur: tum quia non eſt in more poſitum vt viui ſepeliantur: & conſequenter ſepulchrum non dominatur vitæ, quam mors antea abſtulit: & multo minus animæ, quæ aliò eſt profecta. cuius cõſideratio fuit fortaſſis cauſa vt[20] Theodorus Beza &[21] Petrus Dathenus eius mentionem ſacrilegè auferrent in Pſalmis carmine redditis. Dauidem ſecutus eſt[22] Eccleſiaſtes: quippe qui omnibus indifferenter ait: Quodcunq; facere poteſt manus tua, inſtanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quò tu properas. Exilis enim & non ſufficiens ratio hæc fuerit, ſi Scheol reddas cum hęreticis per ſepulchrum: quia per ſe notum eſt iſta non habere locum in corpore mortuo & ſepulto. Occurrendum autem iis erat qui putare poterant his eſſe locum poſt mortem, vt quis ex impio pius, & ex bono melior euaderet, propterea quòd anima non interiret cum corpore. quod non poſſe accidere, etiam Chriſtus docuit quum[23] ait, Venit nox quando nemo poteſt operari. In inferno erat Samuel, quem mulier[24] Pythonem habens, vidit aſcen-

18 Iob 30.

19 Prioris loci textus paſſim corruptus eſt in Bibliis Latinis, Flandricis, & Gallicis, ſubſtituto ſepulchro in locũ inferni, exceptis Flandricis Dordracenis impreſſis anno 1580. poſterioris verò textus in Caluini concionibus Gallicis in Iob, concione 110. vbi in locũ mortis ſubſtitutum eſt ſepulchrũ. *Ie ſçay que me mettras au ſepulcre, à la maiſon deſtinée à tous viuans.*

20 Sic enim ait Beza: *Ou eſt l'homme viuant qui de la mort eſchappe? & que la forte main du ſepulcre n'atrappe?*

21 ita enim cantat: Wie is hy die ontgaet den doot niet om verſtranghen? die oock int graf ghewelt hier na niet wert ghevanghen?

22 Eccleſ. 9.

23 Ioan. 9.

24 1 Reg. 28.

 dentem

25 cap.46. dentem de terra: quique exaltauit (vt[25] Ecclesiasticus ait) vocem suam de terra. Ad infernum in hac significatione acceptum se descensurum Iacob significauit, quum[26] dixit, Descẽdam ad filium meum lugens in infernum. non verò ad[27] sepulchrum vel[28] fossam: vt-vt hæretici scheol sic hîc vertant: quia[29] Iacob putabat Ioseph à fera pessima deuoratum caruisse sepultura. nõ ad infernum damnatorum, quia idem probabiliter non existimabat Ioseph descendisse ad hunc infernum. nec etiam conuenit, vt tanto viro tantam desperationem ascribamus. Hunc infernum intelligebat Iob quum[30] dicebat, In profundissimum infernum descendent omnia mea: quippe quum particula *de* in *badde* significet (etiam teste Rabbi Dauid) magnitudinem & continuationem: & hic meritò profundissimus dicatur, vt qui in se contineat etiam infernum damnatorum: cuius præcipuè consideratione eundem[31] antea appellauerat terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. quæ epitheta vt non omnia quadrant in sepulchrum; ita quòd ex sententia quorundam Rabbinorum, qui clauem scientiæ amiserunt, priore loco obtruditur, ad latera sepulchri, ne probabilem quidem sensum efficit. De sepulchro in hac significatione accepto locutus est Dauid in persona Christi[32] quum ait, Quia non derelinques animam meam in inferno: quia Christus neque descendit ad[33] infernum damnatorum: neque ad vnum solum ex aliis particularibus inferis;[34] verùm ad plures. vti infrà ostendemus. Denique de eodem etiam symbolum Apostolorum loquitur, quum ait, Descendit ad inferos: tum propter easdem has causas, tum quia primæ institutiones solent esse contentæ doctrina generali. ideoque sicut (exempli causa) non est traditum in symbolo in quo & quali

26 Genes.37.
27 Ita legit Caluinus in cõmentariis in Genesim, & plerique alij.
28 Ita habent Biblia Gallica impressa Lugduni anno 1561.
29 Genes. 37.
30 cap. 17.
31 cap.10.
32 Psal.15.
33 Vide infrà sect.43.
34 Vide infrà sect.41. & 42.

Inferi in qua significatione accipiãtur in particula symboli, Descendit ad inferos.

& quali ſepulchro Chriſtus fuerit ſepultus, ſed ſolùm dictum eſt eum fuiſſe ſepultum: ita non eſt exiſtimandum Apoſtolos ad aliquam ſpecialem inferni acceptionem reſpexiſſe; ſed ſolùm ad generalem.

16 QVOD ſi quis iam roget cur Chriſtus ad hoc vniuerſale animarum receptaculum deſcenderit: ei reſpondendum eſt, id factum eſſe vt ſcripturæ implerentur quæ ipſum deſcenſurum ad inferos prædixerant, tum[1] verbis, tum figuris. Inter quas tametſi[2] Veteres multas enumerent: vt (exempli cauſa) lacum in quem[3] Ioſeph miſſus eſt à fratribus, vt[4] carcerem in quem idem coniectus eſt, vt lacus[5] Danielis &[6] Ieremiæ, vt lacum[7] ad quem Banaias tempore niuis deſcẽdit, vt ibi leonem interficeret: tamen nulla certior eſt figura[8] Ionæ, vt quam ipſemet Chriſtus[9] dignatus ſit exponere de hoc deſcenſu. Deus autem prędixerat eum iſtuc deſcenſurum, quia ab æterno ordinauerat vt is eò deſcẽderet. Cuius ordinationis etiam quaſdam rationes placuit ei reuelare. Iam-iam oſtendimus omnes, etiam ſanctos, deſcendiſſe ad inferos. Chriſtus[10] autem per omnia ſimilis factus eſt fratribus ſuis. Igitur ſicut participauit carni & ſanguini, & mortuus ac ſepultus eſt, ſicut cæteri homines: ita æquum fuit, vt tanquam verus homo etiã deſcenderet ad inferos, commune olim omnium hominum receptaculum poſt mortem. Ideoq; quærenti cur Chriſtus eò deſcenderit, reſpondebimus breuiter verbis[11] Hilarij, vt conſummaret in ſe omnia quę erant veri hominis: ſiue (vt[12] Irenæus &[13] Tertullianus aiunt) vt legem mortuorũ ſeruaret: ſponte tamen. Quomodo enim nõ eadem neceſſitate mortuus eſt, qua nos morimur, ſed ipſe[14] animam ſuam poſuit: ita non eadem humanæ legis neceſſitate, ſed ſua[15] ſponte deſcendit ad inferos: & cùm iſtic fuit, nullo modo detentus eſt inuitus. Licet enim æſtimaretur ab hominibus tanquã vnus de

Cauſæ generales deſcenſus Chriſti ad inferos.

1 Pſal. 15. & Eccleſ. 24.
2 Nominatim Ephrem in ſermone de laudibus Ioſeph, & Hieronymus in c. 9. Zacharię ad verba, Tu quoque in ſanguine.
3 Geneſ. 37.
4 Geneſ. 39.
5 Daniel. 6.
6 Iere. 38.
7 1. Paral. 11.
8 Ion. 2.
9 Matth. 12.
10 Hebr. 2.
11 In commentariis in Pſal. 138.
12 In fin. lib. 5. aduerſus hæreſes.
13 In libro de anima.
14 Ioan. 10.
15 Hieronymus lib. 6. in Iſaiam c. 14. ad verba, Verũtamen ad infernũ detraheris.

de aliis descendentibus in lacum, & sicut homo sine adiutorio: tamen erat[16] inter mortuos liber: ipse potuit[17] liberare animam suam de manu inferni: imò fieri non[18] potuit vt infernus eum teneret. Deinde consentaneum erat diuinæ bonitati, vt omnia, & consequenter etiam inferna,[19] viderent suum Regem, eiusque præsentis in se beneuolentiam experirentur, quatenus quidem per iustitiam liceret. quam rationem indicat Apostolus cùm[20] ait, Qui descendit, ipse est & qui ascendit supra omnes cælos, vt adimpleret omnia. Itaque Christus descendit ad infernum, vt præsens etiam inferis, ipsos perficeret, & donis suis expleret.

16 Hieronymus in c. 2. Ionæ, ad verba, clamaui de tribulatione mea. Ambrosius lib. 3. de fide ad Gratianũ Augustum cap. 5. Epiphanius in panario aduersus hęresim 69. & in Ancorato. Ruffinus in expositione symboli. Augustinus epist. 99. Cyrillus Ierosolymitanus catech. 14.

17 Augustinus in Psal. 88. & lib. 20. de ciuit. Dei. c. 11. 18 Act. 2. 19 Irenæus lib. 4. aduersus hæreses c. 37. 20 Ephes. 4. & vide supra sect. 13.

Trãsitio ad tractatum specialium inferni significationum & partium.

17 PORRO vt assequamur qui fuerint isti inferi, & quæ ac qualia fuerint dona quibus eos cumulauit: necesse est vt cognitum habeamus ex Scripturis ad quæ inferna descenderit. quod cognoscere non possumus, nisi simul didicerimus quot & quæ sint particulares Inferni significationes. Sunt enim multæ, quæ partes significant vastæ istius regionis infernæ[1], quam[1] docuimus generali appellatione dictam esse infernum. Etenim cùm omnes homines ad eum descenderent, qui religione & moribus maximè inter se differebant, oportuit eis varias pro meritis sedes istic assignari. Constat autem inter omnes, hæreticos iuxtà ac Catholicos, Infernum in scripturis sæpius significare locum in quo cruciantur damnati ad pœnas æternas propter sua scelera: quia huius appellationis plurima & præclarissima exempla extant: nominatim Matthæi cap. 11. Luc. 10. & 16. Prouerb. 23. Isaiæ 14. & 24. & aliis locis. Quorum tamen plurimos Zuingliani & Caluinistæ mera libidine corruperunt: præsertim in[2] Bibliis Gallicis: substitutis in locum scheol, id est, inferni, modò sepulchro, vt Iob 21. Prouerb. 27. Isa. 5. Baruch 3. modò fossa,

1 Supra sect. 15.

Infernum omnium confessione sæpius in scripturis significare locum in quo cruciantur dãnati ad pœnas æternas.

2 Nominatim in impressis Lugduni anno 1561. à Ioanne de Tournes, & à Sebastiano Honorato,

fossa, vt psalm. 48. modò abysso, vt Iob 26. Prouerb. 9. & 15. Dicitur autem etiam per tropum [3] lacus: non ille qui Græcè [4] λίμνη dicitur, vt est lacus Tiberiadis, & lacus Larius: sed qui Hebraicè appellatur *bor*, & Græcè λάκκος, id est, cisterna, vel fossa: eo quòd sicut [5] lacus aquas ad se descendẽtes, ita infernus animas excipiat. Vocatur [6] quoque lacus iræ Dei magnus, diuersa voce Græca. Est enim ληνὸς, qui est lacus vinarius, siue in quem exprimitur vuarum liquor. Item [7] abyssus cum articulo: & puteus [8] abyssi: & [9] abaddon Hebraicè, id est, perditio: & [10] stagnum ardens igne & sulphure: & [11] caminus ignis: & [12] gehenna ignis, vel simpliciter, [13] gehenna: nominatione sumpta à [14] valle in tribu Beniamin ab impiis possessa, in qua [15] parentes filios viuos exurebant & immolabant dæmonibus. Quæ appellationes attentiùs perpensæ occasionem bona ex parte præbuerunt quæstioni, An infantes non renati, quos constat non [16] posse intrare in regnum Dei, nõ [17] habere vitam, non esse ex [18] semine spirituali Abrahæ, sed ire [19] in condemnationem: an, inquam, infantes non renati descendant in hunc infernum? an verò peculiarem aliquem locum habeant in inferno vniuersali, distinctum ab hoc inferno? [20] quibusdam namq; visum est, eos propter solum originale peccatum etiam pœna ignis æterni puniri. qui necesse habent dicere eosdem in hunc ipsum infernum descendere. [21] Nonnullis verò hęc sententia iusto seuerior visa est, eisque magis placet, pœnam peccato originali debitam esse carẽtiam felicitatis sinus Abrahæ, quæ nunc consistit in visione Dei: actualis verò peccati pœnam esse perpetuum gehennæ cruciatum. & consequenter putant infantes non renatos non descendere in hoc stagnum ardens igne & sulphure. quæ sententia si vera esset, duplex esset æternæ condemnationis infernus. Vt-vt verò sit de hac quæstione, quæ dependet ab alia: illud manifestum

est,

Quibus aliis nominibus scripturæ hunc infernũ appellẽt.

3 Ezec. 26. & 31. & aliis locis.
4 Hieronymus in cap. 32. Ezech.
5 Hieronymus lib. 6. in Isaiam, ad verba, Verũtamen vsque ad infernũ detraheris.
6 Apocal. 14.
7 Luc. 8. & Apocal. 20.
8 Apocal. 9.
9 Iob 26. & 28 & Prou. 15.
10 Apoc. 21.
11 Matth. 13
12 Matt. 5. & 18.
13 Matt. 10. & Luc. 12.

Quæstio num infantes nõ renati descendant in hunc infernum? an verò in alium?

14 Iosue 18.
15 2. Para. 28
16 Ioan. 3.
17 Ioan 5.
18 Galat. 3.
19 Rom. 9.
20 Fulgentio in lib. de fide ad Petrũ ca. 27. & in lib. de incarnatione & gratia Christi, c. 14 & 30. Augustino libr. 21. de ciuit. Dei, c. 25. & serm. 14. de verbis Apost.
21 Nominatim Bonauenturæ, Scoto, & aliis.

Infernum ignis æterni esse omnium particularium inferorũ infimum.

21 Isaiæ 14.
23 Prou. 15.
24 Psal 85.
25 Septuaginta vertunt vocem Hebræam per κατωτάτω, & ea æquè superlatiuum significat ac cõparatiuum.
26 Nominatim VVolfangus Musculus in commentariis in Psal. 86.
27 Nominatim in Bibliis Gallicis Caluinistarum.

est, æterni ignis infernum esse omnium particularium inferorum infimum: quippe qui[21] sit inferni siue laci generaliter dicti profundum. vnde & Salomon[23] vocat eum infernum deorsum. Cuius sententiam Hieronymus reddens vertit infernum nouissimum. &[24] Dauid gratias agit Deo, quòd eruerit animam suam de inferno inferiori[25] siue infimo. Quod enim quidam hæretici hîc scheol per sepulchrum & fossam vel[26] interpretantur, vel[27] vertunt, manifestè peccant contra ipsam scripturam: tum quia anima non sepelitur, sed corpus: tum quia epitheton inferius seu infimum non quadrat in sepulchrum, quod est circa terræ superficiem. cui argumento quidam eorum vt occurrerent, peccatum peccato accumulantes,[28] positiuum substituerunt, vel etiam hanc[29] vocem cum anima penitus abstulerunt.

28 In Bibliis Gallicis Lugduni impressis anno 1561. à Ioanne de Tournes, *en la fosse basse*: & in margine, *c'est sepulcre ou tombeau.* & in Psalmo carmine reddito à Clemente Marot, *Tirant ma vie du bort du bas tombeau de la mort.* 29 In eodem Psalmo à Petro Datheno Flandricè reddito, Ende my verlost wt den noot der helle, ende vander doot.

18 Ex eo autem quòd aliquis est infernus inferior, consequens est esse aliquem infernum superiorem: seu potius, quia est infernus infimus, sequitur esse quosdam alios inferos isto superiores. Et certè scriptura haud obscurè declarat quibusdam contingere redemptionem ex inferno. Dauid namq; eam sibi pollicetur, cùm[1] ait, Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cùm acceperit me. vt-vt hæretici hunc quoq; locum more suo[2] variè corrumpant. Igitur præter infernũ æternæ condemnationis (siue is sit vnus, siue duplex) est etiam infernus redemptionis, ad quẽ Dauid erat post mortem descẽsurus. Ex Iob porrò cognoscimus, quibusdam contigisse requiem in inferno: quippe qui posteaquam[3] dixisset,

Scripturas tradere plures particulares inferos.

Scripturas memorare infernum, ex quo sit redemptio.

1 Psal. 48.

Scripturas memorare infernũ redemptionis in quo fuerit requies et solatiũ.

2 In Bibliis enim Gallicis Lugduni impressis anno 1561. scriptum est, *De la puissance de la mort.* licet in margine sit ascriptum, Heb. *De la main d'enfer.* & in carmine Bezæ in Psal. 49. *Mais de la mort Dieu me rachetera: car comme sien il me retirera.* Dathenus verò retinuit Flandricum nomen inferni. sed sic vertit quod sequitur, Want hy heeft my aenghenomen. 3 cap. 17. & vide suprà sect. 15.

xiſſet, in profundiſſimum infernum deſcendent omnia mea: ait, putáſne ſaltem ibi erit requies mihi? ſeu, vt eſt ad verbum, num pariter ſuper puluerem poſitio, ſiue requies? hoc eſt, num corpore[4] in ſepulchro condito, erit requies in inferno animę meę? Et vt hac de re nihil expreſsè ſcriptum extaret: tamen vel ex eo quòd Dauid, Iob, & his ſimiles deſcenderunt ad infernum, facile fuit colligere fuiſſe requiem in quadam parte inferni generaliter dicti. Igitur aliquis eſt particularis infernus redemptionis, in quo requies erat & ſolatiũ ſanctis.[5] Vocaturq; à Chriſto hic locus alio reſpectu, ſinus Abrahę, metaphora ſumpta à ſinu[6] hominis, &[7] ſinu maris. Dicitur namque Infernus propter ſitum & exiliũ à facie Dei: Sinus verò Abrahæ, propter ſecretam requiem & complexum bonorum quibus fruebantur imitatores fidei & ſanctitatis Abrahæ, in eo, tanquam in ſinu amantiſſimi Patris, & tranquillo portu longè ab omnibus mundi tempeſtatibus cum eo requieſcentes. Fuiſſe enim iſtic conſtitutis requiem, imò etiam ſolatium, manifeſtum eſt ex eo quòd Abraham reſpondit[8] diuiti epuloni: Fili recepiſti bona in vita tua: & Lazarus ſimiliter mala. Nunc autem hic conſolatur, ſeu ſolatio fruitur: tu verò cruciaris. Vnde quòd vulgò dicitur pœnam iſtic fuiſſe propter deſiderium vidẽdi Deum quo Patres tenebantur, non ita accipiendum eſt, quaſi puniti fuerint pœna aliqua eos affligente: ſed quomodo Angeli dicuntur (exempli cauſa)[9] triſtari. Significaturque hac loquẽdi forma, ſtatum hîc conſtitutorum fuiſſe quidem ſuo modo felicem & beatum, ſed tamen non omnibus numeris perfectum, eo quòd non fruerentur viſione Dei quam ſummopere deſiderabant: deſiderabant, inquam, pro ratione huius ſtatus; hoc eſt, abſque pœna affligente. Quomodo cælicolæ etiam nunc deſiderant recipere ſua corpora. Alia namque eſt conditio hîc aliquid

4 Hæretici etiam hanc partem corrũpunt. In Bibliis enim eorum Gallicis ſcriptum eſt, *& repoſerons en la pouldre.* & in Flandricis, ende ſal met my inde ſtoffe liggen.

5 Lucæ 16. *Hunc infernum vocatum eſſe à Chriſto ſinum Abrahæ: & qua de cauſa.*

6 Auguſtinus lib. 4. De origine animæ, & tractatu 5. in Ioan. & Chryſoſtomus in Homilia de diuite.

7 Theophylactus in commentariis in c. 16. Lucæ.

8 Lucæ 16.

9 Lucæ 16.

10 Prou. 13.

11 Apocal. 6.

deſiderantium, vbi ſpes[10] quæ differtur affligit animam: alia iſtic conſtitutorum, vbi Deus [11]dicit, & conſequenter facit, vt etiam in ſuis deſideriis requieſcant. Neoterici verò eundem hunc locum appellarũt Limbum Patrum; & nonnunquam ſimpliciter Limbum: ſiue quia licet omnis [12]infernus ſit inſatiabilis, hic tamẽ præ cæteris vſqueadeò vorax fuerit, vt ſanctis ab omni labe puris non parceret. λιμβὸς enim Græcis ſignificat guloſum, voracem, inſatiabilem: ſiue quia fuerit veluti quidam limbus inferni generalis, vt qui ſit ſitus in eius parte ſuprema: ita [13] vt inter eum, & infimum infernum intercedat maxima & impenetrabilis vorago, quæ incolarum vtriuſq; regionis commixtionem prohibuerit. quod non mirabitur qui ingentem terræ vaſtitatem cum animo ſuo reputauerit. Latinis enim [14]auctoribus limbus propriè ea pars eſt quæ obit & circundat veſtimentum.

Neotericos appellauiſſe hunc infernum, Limbum: & quæ fuerint huius appellationis cauſæ.

12 Prouerb. 27. & 30.

13 Lucæ 16.

14 Virgilio, Ouidio, & aliis

19 SED plærique hæretici perinde atque ſi in euerſionem ſcripturæ coniuraſſent, ita peruersè de his rebus ſentiunt. nominatim Caluinus. Scribit[1] enim hunc locum ſubterraneum ad quem deſcenderint animæ ſanctorum Patrum qui ſub lege defuncti erant, tametſi magnos auctores habeat, non niſi fabulam eſſe. Quod perinde eſt ac ſi quis blaſphemauerit quod tradiderunt Lex, Prophetæ, & Pſalmi (maximi profectò auctores) id nihil niſi fabulam eſſe.[2]Probauimus enim ex eis, omnes, etiam ſanctiſſimos, deſcendiſſe ad inferos: idemq; etiam ſcriptores eccleſiaſticos tradidiſſe ſignificauimus. quinetiam [3]oſtendimus infernum ad quem hi deſcenderint, fuiſſe infernum redemptionis, quietis, ſolatij. ideoq; fieri non poſſe, vt idem ſit infernus iſtorum, & damnatorum ad pœnas æternas. Apparentque iſta haud obſcurè ex euangelio[4] diuitis epulonis. Quòd enim hic dicitur eleuans oculos

Figmẽta hæreticorum contra infernum, ſinũ Abrahæ, quem Neoterici Limbũ appellarunt: & eorum refutatio.

1 Lib. 2. Inſtit. c. 16. ſect. 9.

Locũ ſubterraneũ ad quem olim ſanctorum animæ deſcẽderint, eſſe proditũ à ſcripturis veteris & noui Teſtamenti tãtum abeſt vt ſit (quod Caluinus blaſphemat) fabula.

2 Suprà, ſect. 15. 3 Suprà ſect. 18. 4 Lucæ 16.

oculos vidiſſe procul Abraham & Lazarum in ſinu eius, & hoc procul indicatur eſſe ſupra & circa magnum hiatum inter ipſos firmatum: non verò in terra, neque ſupra terram, vel aliud quippiam hac ſuperius: quid aliud ſignificat, quàm ſinum Abrahæ eſſe diuerſum ab inferno impiorum, & nihilominus eſſe ſitũ in ſuprema parte inferni generalis? Rurſus, quòd ſinus Abrahę indicatur eſſe locus ſolatij, perinde atque infernus Iob & Dauidi deſtinatus, an non oſtendit hæc nominibus quidem differre, re-ipſa verò eadem eſſe? præſertim ſi cogitemus ne Abraham 5 Pſal. 88.
quidem potuiſſe eruere animam ſuam de manu inferni: & vbi [6] Dauid, Samuel, Iacob, & alij eius filij fuerunt, id eſt, in inferno, illic quoque ipſum fuiſſe. Quid ergo? an 6 Vide ſuprà ſect. 15.
etiam euangelium erit fabula? His [7] adiicit, poſteritatem affinxiſſe huic loco nomen limbi: quaſi ſcilicet nullum nomen antea habuiſſet. Atqui ſcriptura oſtendit eum fuiſſe binominem: quippe quæ ipſum modò nomine inferni complexa eſt, modò vocauit ſinum Abrahæ. Sed quia illud cõmune erat omnibus Inferis: hoc verò nunc ſignificabat cælum, ipſo Abraham olim à Chriſto in id tranſlato: viſum eſt ſcholis expedire, vt amphibologiæ & circuitionis vitandæ cauſa peculiari aliquo nomine appellaretur. Itaque Neoterici pro poteſtate imponendi locis noua nomina, etiam habentibus vetera, quam Deus [8] hominibus liberam permiſit, vocauerunt eum limbum. quod nomen, ſiue Græcam, ſiue Latinam ſignificationem ſpectes, familiaribus, etiam Deo, exoches & metaphoræ tropis, ex doctrina ſcripturarũ profluit. quam qui ſequitur, non nomen affinxiſſe, ſed legitimum ei tribuiſſe cenſendus eſt. Præterea, idem [9] vult ſinum Abrahæ eſſe beatam ſanctorum ſpirituum collectionem; non locum eorum. Cuius mentionem fieri vſqueadeo non fert æquo animo, vt etiam poſt Chriſti aſcenſionem futile & ineptum

7 Caluinus Inſtit. lib. 2. ca. 16. ſect. 9.

Eidem huic loco meritò tributum eſſe à Neotericis nomen Limbi; planè contra ac Caluinus docet.

8 Vide ſcripturas huc pertinentes infrà ſect. 22.

9 In harmonia Euang. in c. 16. Luc. & lib. 3. Inſtit. c. 25. ſect. 6.

Falſa Caluini ſinus Abrahæ deſcriptio: & eius refutatio.

ineptum esse scribat quærere de eorum loco: hoc quidem prætextu quòd animarum ea non sit dimensio, quæ est corporum: sed re-vera ne seriam de antiquo beatarum animarum loco disputationem ingrediatur: quam etiam plerique alij hæretici tanquam scopulum ipsis perniciosum fugiunt quantum possunt: néve in tractatu de sanctorum cum Christo nunc regnantium oratione & inuocatione fateatur eos nunc esse in cælis, ibíque Deum facie ad faciem intueri. Alioqui enim facile erat animaduertere vel ipsum sensum docere sinum, à quo metaphora sumpta est, rem esse continentem; non contentam. idq́; etiam [10] scripturas passim significare. Neque obscurum erat Christum sinu & inferno locos significasse. Ait [11] enim Lazarum portatùm fuisse ab Angelis in sinum Abrahæ; & diuitem in inferno fuisse. Item, inter Abraham & diuitem magnum hiatum firmatum esse, vt qui velint hinc transire ad damnatos, non possint, neque inde huc transmeare. Imò manifestum erat eum verbis apertis, & introducere diuitem dicentem, ne & ipsi veniant in hunc tormẽtorum locum: & [12] alibi dicere, Vado parare vobis locum. & si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad me-ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Quamuis enim animæ non habeant locum qualis est corporibus; habent tamen etiam suum quendam locum: quippe cùm earum substantia sit circumscripta, & non sint extra mundum. Ideoq́ue etiam si daremus Caluino (quod dandum non est) sinum Abrahæ significare collectionem sanctarum animarum; adhuc nihilominus restaret quærendum vbinam antiquitus ea fuerit, quod etiam ipse animaduertit. Verùm tantum abfuit vt germanum eius locum traderet, vt ab eo tantum aberrare maluerit, quantum cælum distat ab inferno; quippe qui significat hanc collectionem fuisse in cælo: licet

Sinum Abrahæ significare locum.

10 Exod. 4. Deu. 28. Ruth 4. 2. Reg. 12. & aliis locis.

Spiritus defunctorum, beatos & damnatos, esse, iuxta scripturarum doctrinam, in loco qualis ipsis conuenit.

11 Lucæ 16.
12 Ioan. 14.

Sanctos spiritus defunctorũ ante Christi mortem nõ fuisse in cælo: vt Caluinus astutè docuit.

licet eo aſtu, vt nihil minus videatur lectori velle propinare, atq; hoc venenum: tum ne notaretur quod ſibi-ipſi contradiceret: tum quia deſtituebatur omni probatione vel in ſpeciem apparenti. nam ſcriptura Veteris teſtamenti ne verbulo quidem iſtud attingit. Quęcunque verò extant in nouo teſtamento[13] promiſſa cæleſtis domicilij, ea futurum tempus reſpiciunt. Proferam eius verba, vt vel ex eis conſtet qualis ſit peſtis, quamque eius lectio ſit fidelibus pertimeſcenda. Nec verò certum locum (inquit[14] exponens verba Chriſti, in ſinum Abrahæ) imaginari neceſſe eſt. Sed tantum collectio illa, quam dixi, notatur: vt ſcilicet re-ipſa agnoſcant fideles ſe non fruſtra ſub fidei Abrahæ auſpiciis militaſſe, quia eodem in cælis domicilio fruuntur. Et[15] paulò pòſt. Cæterùm impropriè hoc dicitur, clauſum eſſe tranſitum ſi quis è cælo ad inferos deſcendere velit. Quaſi ſcilicet Abraham hoc dixerit, & non quod manifeſtè apud Euangeliſtam extat, vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos. Sed bene habet quod etiam Scripturæ, præter ea quæ valde multa de veterum Patrum ad inferos deſcēſu diximus, planè contraria huic eius placito prædicant. Petrus[16] enim expreſſis verbis affirmat Dauidem non aſcendiſſe in cælum: putâ, olim, ſiue ante Chriſti aduentum: quippe qui iſtud adfert, vt ſignificet non fuiſſe in eo impletum, quod ab ipſo prædictum erat,[17] dicente, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: impletum autem fuiſſe in Chriſto. Non quod aſcenſio in cælum ſignificet idem quod ſeſſio ad dexteram Domini: quandoquidem ſymbolum &[18] ſcripturæ alterum ab altero diſtinguunt: ſed quia aſcenſio præcedere debuit hanc ſeſſionem iuxta ſymbolum &[19] ſcripturas. Notandaque diligenter eſt horum eius verborum forma, qua omnem præcluſit aditum ſuſpicandi hoc vaticinium fuiſſe quoquo modo in Dauide impletum. Qui

13 Matth. 8. Ioan. 14. 2. Cor. 5. & aliis locis.

14 In Harmonia.

15 Ad verba, Super hæc omnia.

16 Act. 2.

17 Pſal. 109

18 Marc. 16. & Act. 1.

19 Pſal. 67. Marc. 16. Act. 1

enim dicit Dauidem non aſcendiſſe in cælum, ſignificat eum nullo modo, & conſequenter ne ſecũdum quidem ſolam animam, aſcendiſſe in cęlum. quem modum etiam vulgò intelligimus, cùm aliquem notiſſimo & ipſis ſcripturis vſitatiſſimo tropo dicimus aſcendiſſe in cælum, & iſtic eſſe. Planeq́; etiam aliud eſt ſimpliciter negare Dauidem aſcendiſſe in cęlum, quod Petrus facit: aliud dicere, Dauidem non aſcendiſſe in cælum, vt ſederet ad dexteram Domini, vel vt impleret omnia: quem ſenſum [20] Caluinus hîc fingit addendo ſcripturæ quod nõ dixit, vt hinc inferat non hîc agi an anima Dauidis recepta fuerit in cæleſte domiciliũ: cùm tamen expreſsè negatũ ſit eum non aſcendiſſe in cælum; licet eo id factum ſit, quia hinc rectè ſequebatur ipſum nõ ſediſſe ad dexteram Domini. Porrò ſi Dauid qui de hac ſeſſione ad dexteram Domini ſcripſit, non aſcẽdit in cælum: vtique neque alij eò aſcenderunt: & conſequenter nullus olim, quantumcunque pius, aſcendit in cælum. cælum, inquam, cælorum. de hoc namque eſt ſermo. Quod idem Chriſtus quoque verbis expreſſis antea prodiderat, [21] dicens, Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Quamuis enim iſtud eo dictũ videatur, vt ſignificetur eſſe neminem qui percepta habere poſſit cæleſtia, propterea quòd nemo aſcenderit in cælum, vbi ea ſunt & videntur: ideoq́ue meritò filio hominis eſſe credendum qui ea & viderit, & videat, ac ſciat, quippe qui & hinc deſcenderit & adhuc iſtic ſit, & conſequenter iuxta imbecillem humani ſenſus collectionem & rudem loquendi modum iſtuc aſcenderit: tamen ſimpliciter & perfectè negat fuiſſe vnquam aliquem qui in cælum aſcenderit. eaq́ue eſt huius teſtimonij claritas, vt multi hæretici non contẽti quòd nouas inferni ſignificationes confinxiſſent, etiam cælo inauditam hactenus ſignificationem hîc affinxerint.

20 In c. 2. Act. ad verba, Non enim Dauid aſcendit in cælum.

21 Ioan. 3.

finxerint. Aiunt[22] enim cælum hîc ſignificare lucem inacceſſam quam Deus inhabitat: vel (vt Caluinus ſcribit) puram Dei notitiam & ſpiritualis intelligentiæ lucem. Verùm ſi aſcendere in cælum, ſignificet hæc conſequi: vtique deſcendere de cælo, ſignificauerit ea amittere. quod de Chriſto vel ſuſpicari religio prohibet. Cælum ergo propriè & in ea ſignificatione accipitur, in qua acceptum eſt à Salomone, cùm[23] ait, Quis aſcēdit in cælum atque deſcendit? & à[24] Baruch, cùm dicit, Quis aſcēdit in cælum, & accepit eam (putâ ſapientiam) & deduxit eam de nubibus? ſignificaturq; nemini hactenus patuiſſe aditum ad cæleſtem patriam. Etſi enim fideles præcedētium ſæculorum haud ignorabant eam ſibi eſſe promiſſam, eiuſque quandoque conſequēdæ fiducia contemnebant præſentia: tamen etiam hoc[25] vna ſciebant, ſe non ſtatim à morte eam adituros: ſed tantiſper in inferno, ſinu Abrahæ requieturos, dum verus Ieſus veniret, qui extincta ſuo ſanguine flammea romphæa & vertigine præſidentium Cherubim, reſeratis ſua aſcenſione cæli portis, ſe in eam introduceret. Quo verò hoc dogma eſt antiquius, eo intolerabilius eſt id petulanter in fine ſæculorum conuelli. Licet enim fuerint qui re nō plenè perpenſa peculiarem quandam opinionem de loco ſinus Abrahæ conciperent ([26] Tertullianus namque in calore diſputationis aduerſus Marcionem, &[27] Auguſtinus magis inquirendo quàm certo pronuntiando quandoque ſuſpicati ſunt ſinum Abrahæ non fuiſſe partem inferni) tamen non perſtiterunt in ea firmitèr: ſed in[28] communem Patrum ſententiam contemptis ſuis leuibus[29] argumentis inclinarunt. Qui verò vel ſuſpicaretur olim ſinum Abrahę, & cęlum, eundem olim fuiſſe locū, fuit nemo. Intelligebant enim omnes id etiam in Chriſtum eſſe iniurioſum, qui per[30] ſeipſum nouam ad cælum viam dedicaſſet.

20. SED

22 In commentariis in c. Ioan. 3. ad hæc verba. Idemque videre eſt in expoſitione quam vocant Eccleſiaſticam in idē c. 3. Ioan.

23 Prou. 30.

24 cap. 3.

25 Vide ſupr. ſect. 15. & 18.

26 Lib. 4. aduerſus Marcionem.

27 Epiſt. 59. & 99. & lib. 12 de Geneſi ad lit. c. 33.

28 Tertullianus in lib. de anima, tit. de inferis, & tit. vltimo. & Auguſtinus lib. 20. de ciuitat. Dei, c. 15. & libr. 4. de ſymbolo ad catechumenos, & ſermo. 181.

29 De his argumentis vide Thomā libr. 4. ſenten. diſt. 45. & 3. part. q. 52. art. 2. in reſpōſ. ad 4m. eorūque ſolutio etiam extat ſuprà hac & præcedenti ſectione.

30 Hebr. 10.

Scripturas agnoscere infernum redēptionis, in quo sint dolores.

20 Sed tempus est iam de restante inferno dicere, qui à particulari quidem damnatorum inferno eo distinctus est, quòd sit infernus redemptionis: ab inferno vero sinu Abrahæ, quod careat aqua refrigerante, & in eo sint dolores. Zacharias enim[1] vocat eum lacum sine aqua, in quo sint vincti spei. & Petrus[2] indicat esse infernum in quo contingit solutio dolorum. Quibus nominibus affines sunt quæ apud Scriptores ecclesiasticos inueniuntur alludentes ad alios scripturæ locos appellationes. Tertullianus[3] namque vocat hunc locum inferos vsque nouissimum quadrantem exacturos. Cyprianus[4] nominat carcerem ex quo nemo exit donec soluat nouissimum quadrantem, siue in quo quidā longo dolore cruciati emendantur & purgantur igne.[5] Origenes appellat conflatorium in quo defuncti purgantur per ignem. Gregorius [6]Nyssenus nuncupat fornacem purgatorij ignis quo quidam expurgantur. Augustinus[7] nominat caminum incendentem ligna, fœnum, stipulam, & quodammodo eliquantem aliquos in dexteram. Paulinus[8] vocat inferna ad quæ ros indulgentiæ Dei penetrat, vt roscido pietatis lumine in tenebris ardentibus æstuantes refrigerentur. Alij verò aliis quibusdam appellationibus, sed frequentissimè [9]Purgatorij nomine nuncupant, adiectiuo in substantiuum breuitatis causa, vt sæpius fit, commutato. qua appellatione etiā Scholæ breuitati addictæ vulgò vtūtur.

Variæ huius inferni appellationes scripturis consentaneæ.

1 cap. 9.
2 Act. 2.
3 In libr. de resurrectione carnis.
4 Epist. 2. lib. 4. ad Antonianum. cuius epistolæ Augustinus meminit epistola 48. & lib. 4. cōtra Donatistas c. 4. & 12.
5 Homilia 6. in Exodum.
6 In sermone de mortuis.
7 In cōmentariis in Psalmū 103. cōcione 3.
8 Epist. 1. ad Amandum.
9 Nominatim Bernardus in sermone De quinque negociationibus & quinque regionibus.

Quàm infensis animis, quibusque præcipuè ex causis hæretici huius sæculi oderint infernum quē vulgò Purgatorium appellant.

21 Atque hic-ipse infernus est quem hæretici vt commodiùs possent inficiari, eò sunt progressi vt descensum Iesu Christi ad inferos verbis faterentur, re-ipsa verò vel penitus negarent, vel minimum praua interpretatione corrumperent. Pessimè enim oderunt quotquot sunt hæretici hunc infernum: tum quia eo stante multæ eorum hæreses corruunt, euerso autem complura Ecclesiæ dogmata conuelluntur: tum quia existimant se hoc suo

conatu paſtoribus eccleſiæ, quos ſtudent profligare, magnopere poſſe incommodare. ideoque omnem mouent lapidem vt eum de animis omnium deleant. nec quicquam penſi habent quid de eo ſcribant, dummodo huc faciat: in tantum vt antiquiſſimus [1] ille mos inimicorum ſalutis populi Dei fallẽdi eum calumniis & mendaciis, qui ipſis eſt familiaris, vix vſquam alibi magis caput exeruerit. Recitabo præcipua. non quòd volupe ſit in his verſari: ſed quòd hoc tempus iſtud poſtulet. vulgò namque & paſſim audiuntur, leguntur, inculcantur: & niſi expreſſe refellantur, periculum eſt ne pluribus pergant imponere. quantoque iſtud luculentius fiet, tanto magis lector, ſi ſapiat, eorum auctores abominabitur. Ea ergo ſunt huiuſmodi. [2] Purgatorium non poſſe probari ex ſacra Scriptura quæ ſit in canone. [3] Purgatorium ſine verbo Dei curioſa audaciq; temeritate excogitatum eſſe. Omnes [4] ſcripturas authenticas ante Chriſtum id ignorauiſſe. [5] Pontificios fateri Purgatorium in veteri teſtamento non fuiſſe. [6] Nouum quoque teſtamentum ignorare Purgatorium. [7] Manifeſtum eſſe quòd dicta ſcripturę quę citari ſolent ad ſtabiliendum Purgatorium, à genuino ſuo ſenſu ad alienum inſcitè torqueantur. [8] Purgatorio ſcripturas contradicere. [9] Credere eſſe Purgatorium, nõ eſſe tam leuem errorem quàm vulgò putatur. Id enim ex multis blaſphemiis cõſtructũ eſſe, & nouis quotidiè fulciri. id multas & graues offenſiones ſuſcitare. id eſſe exitiabile ſatanę commentũ, quòd crucẽ Chriſti euacuat, quod contumeliam Dei gloriæ non ferendam irrogat, quod fidem noſtram labefacit & euertit. Purgatorium eſſe meram, eamque horribilem in Chriſtum blaſphemiam. [10] Papiſtas finxiſſe Purgatorium. [11] Sacerdotes & monachos poſteriorum ſæculorum Purgatorium lucri cauſa adin-

1 Iere. 2. & 8. Ezech. 13. & aliis locis.

Ingens acerruus mendaciorũ de Purgatorio ab hæreticis huius ſæculi cõfictorũ.

2 Lutherus art. 17. inter articulos à Leone damnatos.

3 Caluinus lib. 3. Inſtit. ca. 5. ſect. 6.

4 Confeſſio Antuerpiẽſis edita anno 1566. ab iis qui ſe iactabant cõſentire confeſſioni Auguſtanæ, capite 20.

5 Martinus Kẽnitius in examine decreti ſynodi Tridẽtinæ de Purgatorio.

6 Confeſſio Antuerpienſis cuius paulo ante meminimus.

7 Brẽtius in cõfeſſione VVirtembergenſi titulo de Purgatorio: & Caluinus ſect. 6. c. 5. lib. 3. Inſtit.

8 Omnes hæretici. 9 Caluinus eadẽ ſect. 6. 10 Auguſtinus Marloratus in expoſ cathol. in c. 3. prioris epiſt. ad Cor. ad verba, Saluus erit tanquam per ignem. 11 Petrus Viretus in ſex dialog. diſput. Chriſt.

adinuentum lucri ſui cauſa adiuuiſſe.[12] Quòd tota primitiua eccleſia Purgatoriũ ignorauerit.[13] Temporibus Tertulliani & Cypriani nullam adhuc fuiſſe quæſtionem de Purgatorio,neq; de precibus, neque de oblationibus pro peccatis defunctorum. [14] A tempore quidem Auguſtini motam eſſe quæſtionem de Purgatorio & precibus pro defunctis: ſed id pro re incerta, non [15] pro fidei dogmate habitum eſſe. Quòd [16] Auguſtinus nihil certi de eo definiuerit; ſed de eo tanquam de re dubia ſit locutus: imò [17] potius contrarium docuerit. Veterem ac [18] verè catholicam eccleſiam apertè ſignificauiſſe ſibi nihil certi conſtare de genere ſtatus animarum quæ in altero ſæculo purgantur.[19] Purgatorio veteres Scriptores eccleſiaſticos contradicere. [20] Purgatorium inuectum eſſe in eccleſiam Iudaicam tempore Machabæorum ex doctrina Platonis & gentilium errore, quo ſentiebant viuorum ſuffragiis defunctos iuuari: quorum factũ iuuerit Purgatorij figmentum. [21] Pontificios totam ſtructuram Purgatorij ex Platone accepiſſe, & ex poëtis. [22] Purgatorium irrepſiſſe in eccleſiã Chriſti ex ſcriptis apocryphis. Purgatorium eſſe profectum ex Clemẽtis Alexandrini & Origenis errore. [23] Fidem Papiſtarum de Purgatorio non niſi ſpectris inniti. quòd de [24] ipſo creditum ſit neſcio quibus reuelationibus ſatanæ arte confictis. Id eſſe [25] fundatum ſuper fabulis & opinionibus humanis, ſuper coniecturis & præſumptionibus. Cùm monachi [26] hiſtorias veteres neſcirent, eos impudenter finxiſſe remitti pœnas æternas propter pœnas Purgatorij. Papam [27] Innocentium deſtruere Purgatorium, quia ait non eſſe opus imperfectionis in Deo, eumq́ue proinde non remittere peccata ex parte. Quòd [28] Græci non fuerint hæretici, & nihilominus neſciuerint Purgatoriũ: imò id repudiauerint vſque ad tempus

12 Confeſſio Antuerpienſis cuius ante meminimus.
13 Petrus Viretus Dialog 4. diſput. Chriſt.
14 Idem eodem dialog.
15 Caluinus lib. 3. Inſtit. c. 5. ſect. 10.
16 Viretus dialog. 4. diſpu. Chriſt. & Brentius in confeſſ. Virtẽberg. tit. de Purgatorio.
17 Idẽ Viretus eodẽ loco.
18 Brentius eodem titulo.
19 Pleríque hæretici diuerſis locis.
20 Martinus Kemnitius in examine decreti concilij Tridentini de Purgatorio.
21 Kemnitius eodem loco, & Petrus Viretus dialog. 1. diſpu. Chriſt.
22 Kemnitius eodem loco.
23 Caluinus in Harmonia in c. 16. Luc. ad verba, Moyſen & Prophetas habent.
24 Caluinus lib. 3. Inſtit c. 5. ſect. 6.
25 Viretus eodem dialog. 4.
26 Philippus Melanchthõ in reſponſione ad articulum xix. Bauaricæ inquiſitionis.
27 Viretus dialog. 4. diſpu. Chriſt.
28 Lutherus artic. 37. inter articulos à Leone damnatos, & Petrus Viretus Dialogo 4. diſputat. Chriſt.

pus concilij Florentini.[29] Papiſtas non habere veterem eccleſiam erroris ſui ſociam, eo quòd ſit longum diſcrimen inter huius, & ſæculi Auguſtini ſententiam. Quæ omnia mendacia hæretici iis de cauſis quas memorauimus confingunt. Cæterùm diabolus eò etiam ſpectat, vt de animis fidelium deleat timorem diſciplinę Dei qua ad tempus animaduertit in filios quos recipit: propterea quòd eo ſublato conſequatur in hac maxima noſtra infirmitate, non negligentia modò, ſed contemptus quoque exequẽdi mandata Dei. quod re-ipſa experimur. Dum enim hæretici hoc repagulum inſtinctu ipſius conuellunt, eorumque plauſibilibus mendaciis populus credit, eò rem redactam videmus, vt omnia (quod diabolus intẽdebat) peccata inundauerint. Quo diligentius curandum eſt, vt doctrina huius Inferni, qui Purgatorium vulgò dicitur, plenè ſimus inſtituti. Neque vllo modo committendum eſt, vt prolixitate tractatus vel nos à ſcribendo deterreamur, vel lector à lectione abſtineat.

29 Caluinus ſect. 10. cap. 1. lib. 3. Inſtit.

Quò præterea diabolus ſpectauerit in oppugnatione Purgatorij.

22 PRINCIPIO verò danda eſt opera, vt cognita habeamus quæ de Purgatorij nomine ſcitu ſunt neceſſaria. ſolent namque hæretici idiotis, dum eorum corda ſolicitant, ſtatim ab initio repræſentare ſacras ſcripturas nuſquam facere mentionem Purgatorij. & ſi cui rei hoc nomen ſit tribuendum, id in Chriſti ſanguinem, & fidem in eum quadrare: vt his animo in iſta defixis, nec latentes conſequentias examinantibus, æternam eorum ſalutem deprædentur. Reuocandus proinde ante omnia eſt idiotarum animus ad examen conſequentiarum quas ex his rectè conſtructas pro certis habent, quum ſint futiliſſimæ. Conſtat namque inter omnes, Catholicos æquè atque hæreticos, nomen Purgatorij non eſſe proditum in ſacris ſcripturis. ſed hinc nullo pacto eſt conſequens, aut rem quæ hoc vocabulo ſignificatur, non eſſe ab eis tradi-

Futilia eſſe argumenta quæ hæretici ex eo conſtruũt quòd ſcriptura nõ faciant mẽtionem nominis Purgatorij.

tam, aut nobis non licere vti hoc nomine. vtraque enim consequentia pugnat cum doctrina scripturarum. Liber Legis à Mose editus nusquam faciebat mentionem vocabuli resurrectionis mortuorum: & tamen [1] docebat resurrectionem mortuorum, iuxta doctrinam [2] Christi Sadducæos instituentis. quorum stupiditatem referunt, qui priore consequentia nituntur. Ager ille qui fuit emptus in sepulturam peregrinorum pecunia qua Christus fuerat vẽditus, [3] vocatus fuit (putà à populo) Ager sanguinis. non enim Petrus & Lucas eum hoc nomine appellarunt: sed hoc nomine vulgò fuisse appellatum memoriæ prodiderunt. & tamen tantùm abfuit vt hoc repudiarent, vt eo factum Iudæorum omnibus fuisse notum ostenderent. Locus [4] immolationi Isaac destinatus dictus est ab Abraham Dominus videt: [5] Luza à Iacob appellata fuit Beth-el: locus apparitionis angelorum & luctæ eiusdem cum angelo, [6] dictus est Mahanaim & Phanuel: aliique loci ab aliis, ignotis æquè ac notis, nomina acceperunt: qualia (exempli causa) sunt [7] Segor, [8] Sepulchra concupiscentiæ, [9] Torrens Botri, & alia plurima quibus Scriptura passim vtitur. Igitur licuit fidelibus iam inde ab antiquissimis temporibus imponere locis nomina conuenientia: id testante & probante scriptura Noui & Veteris Testamenti. quam eorum potestatem qui ignorant, næ ipsi sunt indocti: qui verò scientes oppugnant, eò id faciunt vt ipsos spolient libertate quam habent à Deo, vt eos in seruitutem redigant. quibus ne ad tempus quidem cedere debemus, vt veritas rei in scripturis traditæ, & vocabulo Purgatorij apertè & breuiter significatæ (quam hæretici nominis oppugnatione conantur è medio tollere) apud nos permaneat. Nunquam latuit Ecclesiam Dei nos [10] purgari sanguine Christi, fide [11] corda purificari: & tamen ante hos hęreticos ne fando quidem auditum est, fuissę

Scripturas aliqua docere quorum non tradunt nomina.
1 Exod. 3.
2 Matth. 22.
3 Matth. 27. & Act. 1.

Scripturas vtriusque Testamenti testari licitum esse fidelibus iam inde ab antiquissimis temporibus imponere conuenientia locis nomina.
4 Genes. 22.
5 Genes. 28. & 35.
6 Gen. 32.
7 Genes. 19.
8 Numer. 11.
9 Numer. 13

Ferendũ nõ esse vt hæretici è medio tollãt nomen Purgatorij hoc prætextu quòd nõ sit expressè traditum in scripturis.
10 Hebr. 9.
1. Ioan. 1. & aliis locis.
11 Act. 15.
Fuisse neminem qui Christi san-

fuisse aliquem qui vel fidem, vel Christi sanguinem vocauerit neutro genere Purgatoriū. Sed faciamus nihilominus hæc dicta esse purgatorium: nunquid consequens est, non esse locum purgatorium, quia hæc dicta sint purgatorium, propterea quòd sint pharmaca purgatoria? Atqui contra rectè sequitur esse locum vel locos purgatorios, quia hęc purgent homines, quandoquidem purgatio alicubi fieri debeat. Sed conferamus propius pedem. Sanguis Christi pharmacum est sufficiens purgandis omnibus mundi sordibus. is verò efficax est in nobis etiam cruce & pœnis temporalibus. quod scripturæ ostendunt quę tradunt Deum[12]excoquere scoriam hominum, & remittere peccata in[13]die, siue[14]tempore tribulationis: quæ[15]vocant Deum conflatorem, & memorant[16] conflatorium, [17]fornacem,[18]caminū humiliationis: quæ[19]continent querelas Dei expostulantis quòd voluerit quosdam mundare, & non sint mundati à sordibus suis, ne per ignem quidem: quę aiunt[20]eum abluturum sordes filiorum & filiarum Sion, & sanguinem mundaturum de medio eorum in spiritu iudicij & ardoris: quæ pronuntiant[21] dimissam esse iniquitatem Ierusalem, vt quæ susceperit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Hæc verò non pugnare etiam cum eo, quòd dicimur fide purgari, vel hinc quiuis intelligit, quòd nisi fides adsit, tribulationes adeò non sint profuturæ ad salutem, vt sint maximè nocituræ: quodq;[22]nemo in die Domini per ignem saluabitur, nisi qui ædificauerit super fundamentum quod est Christus Iesus. Proinde tantum abest vt hæc consequentia sit firma, Christi sanguis & fides sunt purgatorium, id est, pharmacum purgatoriū, ergo pœnæ temporales non sunt purgatorium: vt hoc cum illo in eadem huius vocis significatione rectè simul consistat. Quod quum sit clarissimum, quanto minus sequitur non esse purgatorium,

guinē vel fidem olim vocauerit Purgatorium neutro genere.

Hanc cōsequētiam esse nullius momenti, Christi sanguis & fides in eū sunt purgatorium, ergo nō est purgatoriū: etiamsi daremus ista solere vocari Purgatorium.

12 Isai. 1.
13 Eccles. 2.
14 Thob. 1.
15 Ierem. 6.
16 Iere. eod.
17 Ezech. 22.
18 Eccl. 2.
19 Ezech. 24.
20 Isai. 4.
21 Isai. 40.
22 1. Cor. 3.

id est, locum purgatorium, quia hæc dicantur purgatorium. Itaque non alio nouam hanc sanguinis Christi & fidei appellationem ingerunt, qui ne antiquam quidem purgatorij loci nominationem æquo animo ferunt, quàm vt rudem auditorum simplicitatem eodem nomine circumueniant.

Fideles optimo iure tribuisse nomen Purgatorij loco in quo quidam dāt pœnas temporarias in futuro sæculo.

1 suprà sect. 20

2 Vide suprà sect. 21.

3 Passim in Veteri & Nouo Testamēto.

4 Ezech. 24.

5 Malach. 3.

6 Teste Valla lib. 1. Eleganc. cap. 6.

7 Ierem. 6.

23 SACRÆ scripturæ patefaciunt esse locum in altero sæculo in quo quidam dent pœnas temporarias: sed ei nomen proprium nusquam tribuunt. tantùm eum periphrasibus quas [1] memorauimus circumloquuntur. quod & plærique Veteres faciunt. Expediebat verò cùm aliis de causis, tum euitandæ prolixitatis gratia, vt proprium nomen haberet quod omnibus in corde & ore frequenter esse debebat. Igitur faciendum fuit fidelibus, vt ei nomen conueniens tribuerent pro iure quod [2] habuerunt in nomina iam inde ab antiquissimis temporibus. Animaduersum autem est ab eis appellationes tum aliarum rerum, tum etiam locorum, in sacris literis plærunque vel à natura, vel ab euentu esse desumptas. tum illud quoq; deprehēsum est, hūc locum esse purgationi destinatum: atque ipsas scripturas vti verbis, [4] mundo & [5] purgo, quum loquūtur de purgatione quæ fit per pœnas. Quare innixi his rebus, & regulę Grammaticorum quę [6] tradit Neutra nomina in orium plærunque locum significare in quo aliquid fit, vocauerunt eum Purgatorium. non quòd non plurimi, & plurima purgarentur etiam in hoc mundo; sed quod sicut Conflatorium (qua [7] voce scriptura vtitur) locus est soli conflationi addictus: ita purgatorium sonet locum soli purgationi seruientem: in mundo verò tantum absit vt omnes & omnia purgētur; vt longè maxima pars hominum suis sordibus immoriatur. Neq; verendum est vt elegātioris Latinæ linguæ auctoribus huius ipsis ignoti vocabuli causa malè audiamus: quandoquidem hac de

re nihil

re nihil ab eis vel auditum, vel ſaltem creditum eſt: & etiam ipſe[8] Cicero docuit noua nouis rebus imponenda eſſe nomina. tametſi non tam de nomine, quàm de re ſimus ſoliciti.

8 In libr. De finibus bonorũ & malorum.

24 QVÆ quid ſit, iam diſpiciendum eſt. placuit autem[1] Caluino tradere, Purgatoriũ nobis nihil aliud eſſe, niſi quæ poſt mortem à defunctorum animis penditur ſatisfactio. Si dixiſſet Purgatorium eſſe pœnam qua animi purgantur poſt mortem, fuiſſet aliquo pacto tolerabile: quandoquidem Latini amatorium dicunt quod amorem prouocat: videnturque[2] Græci Florentiæ accepiſſe purgatorium in hac ſignificatione, illic vbi faſſi quaſdam animas eſſe in purgatorio, addunt, quòd ſiue ignis ſit, ſiue turbo, ſiue aliud genus, non referre: nec (quod amplius eſt) Latini eos de vſitata ſignificatione admonuerũt, quia hæc erat vtcunque tolerabilis, & ex confeſſione pœnarum purgatoriarum ſequebatur eſſe locum purgatorium. Nunc verò ait purgatorium nobis nihil aliud eſſe quàm quod iam iam ex eo audiuimus. id quod non vno vitio contaminatum eſt. nam Purgatorium vulgò locum ſignificat, iuxta vſitatiorem neutrorũ nominum in orium ſignificationem: vt manifeſtum eſt non ex Scholaſticis modò, ſed ex Bernardo quoque,[3] vbi ait tria eſſe loca quæ mortuorum animæ pro diuerſis meritis ſortiantur, Infernum, purgatorium, cælum. Deinde in purgatorio non tam eſt ſatisfactio propriè dicta, quàm tolerantia pœnarum iuſto Dei iudicio inflictarum. Licet enim quicunq; iuſtè dant pœnas, vulgò luere & perſoluere pœnas dicantur: tamen facilè omnes intelligimus, hãc ſolutionem, ſiue ſatisfactionem nihil aliud eſſe quàm iuſtæ vindictæ ſenſum. Is autem ſatisfactionem in ea ſignificatione accipit qua recepti in gratiam Dei propriè dicimur ei ſatiſfacere pœnalibus operibus: vt qui eius mentionem ſuæ

Purgatorium quid Caluinus dicat eſſe Catholicis.

1 Lib. 3. Inſtit. c. 5. ſect. 6.

Græci in quaſi-gnificatione acceperint purgatoriũ Florẽtiæ.

2 In concilio Florentino ſeſſione vltima.

Definitionem Purgatorij quã Caluinus falſò aſcribit Catholicis, eſſe valde vitioſam.

3 In ſermone de quinque negociationibus & quinque regionibus.

defini-

definitioni immisceat, vt ex ea purgatoriú refellat,& in titulo capitis[4] in quo hanc rem tractat, id vocet supplementum siue appendicem quam adiiciamus satisfactionibus. quod perinde ridiculum est,ac si quis morbos vocet suppleméta medicinæ. Cui sicut locus fuit quia morbi propter peccatum inuaserant in homines: ita satisfactionibus magna Dei misericordia locus datus est, quia quibusdá peccatis debita erat pœna temporaria. Postremò is in eo quoque peccat quòd solutionis solius pœnæ, nullam verò remissionis quorundam peccatorum mentionem faciat. Omisso ergo hoc errorum magistro, dicẽdum est, Purgatorium esse locum dedicatum in altero sæculo purgationi leuiorum peccatorum,& obligationis ad pœnas temporales,quas tum hæc, tum alia peccata in hoc sæculo remissa merentur.

4 c. 5. libr. 3. Instit.

Purgatorium quid verè sit Catholicis.

25 QVOD verò sit huiusmodi locus, plurimis verbi Dei locis compertum est: sed qui omnes ad quatuor præcipua capita reducantur. Primum est, quòd Deus quædam peccata remittit in futuro sæculo. Alterum, quòd remisso in hoc sæculo peccato frequenter restet luenda pœna temporaria in altero sæculo. Tertium, quòd Christus descendens ad inferos, liberauerit aliquos ex pœnis. Postremum, quòd rectè suffragemur defunctis, vt Deus eis requiem largiatur. Sicut enim ex eo quod est locus post mortem in quo quidam exercentur pœnis temporariis; consequens est, fideles benefacere, quod eis suffragentur ad requiem: ita ex eo quod verbum Dei hoc facere docuit, sequitur esse locũ purgatorium. Verùm huius rei tractatus pertinet ad articulum communionis sanctorum. Expositioni verò tertij capitis[a] suus erit paulo pòst locus. tantum hîc ordine dicemus de primis duobus capitibus. & ex eis ostendemus quàm sint futilia & à veritate aliena, quæ hæretici nunc, vt olim[a] falsi Prophetæ,

Quòd sit purgatorium, plurimis verbi Dei locis esse cõpertũ: sed qui ad quatuor præcipua capita reducantur, quæ hîc recẽsentur.

a Sect. 42.

a Isa. 59. Iere. 23. & Mich. 3.

de corde

de corde ſuo loquuntur verba mendacij vt populum ſeducant.

26 IGITVR quòd Deus remittat quædam peccata in futuro ſæculo, variis ſcripturis eſt proditum. inter quas notiſſima eſt quę extat apud Matthæum capite duodecimo. quum enim Dominus peccatum in ſpiritum ſanctum neque in hoc, neque in futuro ſæculo remittẽdum aſſeuerat, eo ſimul innuit quorundam eſſe in futuro ſæculo peccatorum remiſſionem: vt non ſolum [1] Bernardus, & ante Bernardum [2] Gregorius: ſed etiam [3] Auguſtinus ante Gregorium annotauit. Manifeſtum namq; eſt, Chriſtum aliquid ſpeciale de hoc peccato, & hoc peccatum admittente affirmare. Excipit enim peccatum in ſpiritum ſanctum à regula omnium aliorum peccatorum. Omne peccatum, [4] inquit, & blaſphemia remittetur hominibus: ſiue (vt eſt [5] apud Marcum) omnia dimittentur filiis hominum peccata & blaſphemiæ quibus blaſphemauerint: ſpiritus autẽ blaſphemia non remittetur. item peccantem ſeu blaſphemum in ſpiritum ſanctum ab ordine aliorum peccantium, & ſpecialiter à faciente conuitium filio hominis. [6] ait enim: Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum, non remittetur ei neque in hoc ſæculo, neque in futuro. Nihil autem hîc eſſet ſpeciale in peccato, & peccante contra ſpiritum ſanctum, quod attinet ad particulam futuri ſæculi, ſi nulla peccata remitterentur in futuro ſæculo. Igitur ſicut ab exceptione prioris particulæ rectè colligimus quædam peccata remitti in hoc ſæculo, ne iſtud quod de peccato & peccante in ſpiritum ſanctum negatur, commune ſit aliorum peccatorum & peccantium: ita eiuſdẽ exceptionis vi rectè quoq; ex poſteriore particula inferimus, quædam peccata quibuſdam remitti in futuro ſæculo. Quo Gregorius manifeſtè

Conſtare ex c. 12. Matthæi, Deum remittere quædã peccata in futuro ſæculo.

1 Serm. 66. in Cantic. Cantic.
2 Lib. 4. Dialog. c. 39.
3 Lib. 21. De ciuit. Dei. c. 24.
4 Matt. c. 12.
5 cap. 3.
6 Matth. 12.

festè respexit; quippe qui pro sua[7] ratione ait: quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet quia de quibusdam conceditur. Nec ex hoc solo argumentationis loco istud patet, verùm etiam ex alio. Dominus volens significare grauitatem peccati in spiritum sanctum præ cæteris peccatis,[8] dixerat id non remitti. quo verò istud clarius exponeret, addidit apud[9] Marcum particulam, in æternum. Non habebit, inquit, remissioné in æternum: hancque suam sententiam partitione exposuit & amplificauit apud[10] Matthæum, dicens, non remittetur ei neq; in hoc sæculo, neque in futuro. Cuius partitionis argumentum potest explicari hac forma: Si peccatum in spiritum sanctum neque in hoc, neque in futuro sæculo remittetur, non remittetur: siue nó remittetur in æternum. Atqui id neque in hoc, neque in futuro sæculo remittetur. Igitur non remittetur in æternum. Agnoscuntque hunc Christi scopum, & partitionis locum etiam ipsi[11] hæretici: in tantum vt se elabi existimét, dum notant Christum (quod nemo negat) hoc arguméti loco voluisse istud significare. Sed aut non intelligunt, aut se intelligere dissimulant nihil à se dici posse quo arctius constringantur, nam si partitione vsus est (quod cũ fecisse clarissimè apparet ex collatione scripturarum) dubium esse nó potest quin vnà docuerit quædam peccata remitti in futuro sæculo. Pertinet enim ad naturá partitionis, vt singula quæ referuntur, sint partes totius: quantumuis quis etiam negatiuè argumentetur. quod omnes Dialectici & Rhetores nouerunt: & ipsum partitionis, seu (vt[12] Cicero appellat) partium enumerationis nomen indicat. Nam si quid adferatur quod non sit pars totius, tantum abest vt sit futura germana partitio, vt sermo futurus sit nugatorius. quod licet istos minimè lateat: tamé quia id hîc dissimulant, exemplis quod dicimus illustrabimus; vt fideles, perspecta

7 Lib. 4. Dialog. c. 39.
8 Matth. 12.
9 cap. 3.
10 cap. 12.
11 Nominatim Caluinus lib 3. Instit. c. 5. sect. 7.
12 In Topicis.

specta eorum hypocrisi, cum eis expostulét, quòd esse ve-
lint magistri inter Rhetores, & istud hîc dissimulent. Ad-
fert autem Cicero ad explicationem loci partium enu-
merationis, hoc exemplum illustrandæ huius negatiuæ
partitionis accommodum: Si neque censu, neque vindi-
cta, neque testamento liber est, non est liber. neque est
vlla earum rerum. non est igitur liber. vbi singula mem-
bra sunt modi quibus seruus libertate donatur. Vnde &
affirmatiuè ita possumus argumẽtari, Est censu liber: er-
go est liber. Sed præstat vt scripturæ exemplis vtamur.
Cùm [13] Dominus ait, Non declinabitis neque ad dexte- 13 Deut. 5. &
ram, neque ad sinistram, partitione vsus est negatiua eius 17. 2. Paral. 34. Prouerb. 4. & Isai. 30.
quod alibi [14] simpliciter dicit, Non declinabis, & non de- 14 Exod. 23.
clinabitis. Ideoq; certi sumus homines posse declinare à & 1. Reg. 12.
recta via vel ad dextram, vel ad sinistram. Rursus, quum
scriptura [15] ait, Et non respondit ei neque per somnia, neq; 15 1 Reg. 28.
per sacerdotes, neque per prophetas; manifestè vsa est ne-
gatiua partitione. Proinde rectè sequitur, Deum his mo-
dis solitum esse respondere Israelitis. Ad quem modum,
licet cõstet Christum hac partitione voluisse docere, pec-
catum in spiritum sanctum nunquam remitti: tamẽ quia
confessione omnium, etiam hęreticorum, partitione vsus
est, hoc ipso docuit remissionis aliquando obtinendę par-
tes esse remissionem quæ contingit in hoc sæculo, & re-
missionem quæ obtinetur in futuro sæculo. Alioqui hæc
partitio non vera & solida, sed vana & nugatoria fuerit.
quod si quẽuis & cuiusuis sermonẽ dedecet: quãto magis
Christum, Dei [16] sapientiam: quanto magis Dei verbum, 16 Colos. 2.
quòd argentum dicitur [17] igne examinatum, separatum à 17 Psal. 11.
terra, purgatum septuplum. Atque hoc illud est quod
Augustinus significauit, quum [18] ait: Nõ enim de quibus- 18 Lib. 21. De
dam veraciter diceretur quòd non eis remittatur neq; in ciuit. Dei, c. 24.
hoc sęculo, neq; in futuro, nisi essent quibus etsi nõ in isto,

 tamen

tamen remitteretur in futuro. Quo maior eſt Magdeburgenſium centuriatorum impudentia, quòd non contenti diſſimulatione virium horum argumentorum, qua cæteri hæretici hîc vtuntur, auſi ſunt verbis expreſſis [19]ſcribere Chriſtum Matthæi c. 12 negaſſe peccata remitti in inferno, ſi non in præſenti contingat remiſſio. Nec hoc ſolum ex partitione intelligimus, ſed eius vi & natura etiam cognoſcimus quid hîc ſit futurum ſæculum. quam quæſtionem ne attingeremus quidem, niſi Caluinus purgatorio quocunque modo reſiſtens [20] vocaret nos inſulſos, propterea quòd verbũ futuri ſæculi ad medium tempus (vt inquit) torqueremus, quum extremum diem notari cuiuis pateat. quod eo ait, ne cogatur probare quod rectè probare non poterat. Certè enim ſcriptura manifeſtè agnoſcit futurũ ſæculum nondum finita huius mundi figura cum ſuo tempore: nominatim apud Paulum, cùm [21]ait, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſæculo, ſed etiam in futuro. & futurum ſæculum hîc dici non comparatione finis mundi, ſed comparatione mortis peccantium, hinc manifeſtum eſt, quòd nulla mundi mentio ſit facta, ſed hominum peccantium ſiue in filium hominis, ſiue in ſpiritum ſanctum: quibus vtique hoc ſæculum in morte finem habet, & futurum incipit. Quicunque, [22]inquit, dixerit verbum contra filium hominis: qui autem dixerit contra ſpiritum ſanctum. Deinde verò quia certum eſt illud ſpatium quod inter mortem vniuſcuiuſque & diem extremum intercedit (in quo & ſunt quicunque iam inde à principio mundi ſunt mortui, & erunt qui poſtea morientur) eſſe partem æternitatis, quæ manifeſtè hîc in hoc & futurum ſæculum diuiditur. in quo ſi remitteretur aliquod peccatum (vt quidem remittitur) non remitteretur neq; in hoc neque in futuro ſęculo, ſenſu Caluiniano. Ne ergo futuro ſæculo prima eius

pars

19 Centur. 1. lib. 1. c. 5. titulo de Inferno.

Quid verè ſit futurum ſæculũ in verbis Chriſti Matt. c. 12

20 In cõmentariis in locum Matthæi c. 12. quẽ tractamus.

21 Epheſ. 1.

22 Matth. 12.

pars absit, néve partitioni insignis pars æternitatis desit, necesse est futuro sęculo non solum diem iudicij vniuersalis (qui etiam iis qui tunc vel morientur, vel saltem immutabuntur, erit principium futuri sæculi) sed in genere omne illud spatiũ significari quod à morte vniuscuiusque deinceps decurrit. Idque eo certius, quòd constet tum ex multis aliis locis, tum ex[23] historia Lazari & diuitis, Deum non differre omne iudicium in supremum diem: sed de vita vniuscuiusque statim à morte cognoscere. Itaque fidelibus manifestum iam est certis argumentis, tum ab exceptione quam hæc scriptura complectitur: tum à natura partitionis sumptis, adiuta etiam præstantia Christi & verbi Dei, quædam peccata: id est (vt quam possumus clarissimè quod sentimus ingenuè agnoscamus) quasdam peccatorum culpas remitti post mortem. Libenter enim profitemur Dominum de peccati culpa esse locutum. & tantum abest, verum vt sit quod idem Caluinus[24] hîc fingit, Catholicos sentire nullam culpam remitti post mortem; vt planè contrarium hac scriptura probare contendát. Idq; etiã Gregorius olim clarissimè expresserit, cùm recitatis huius scripturæ verbis[25] ait: in qua scriptura datur intelligi quasdam culpas in hoc sæculo; quasdam verò in futuro sæculo posse laxari. Quæ cuius generis sint, deprehendimus ex collatione scripturarum. apud quas nonnulla peccata (quæ etiam dicuntur[26] simpliciter peccata per exochen) adeò non consistunt cum iustitia, vt eam[27] profligare, auctores[28] regno Dei priuare, mortem[29] æternam eis cõsciscere dicantur: quæ proinde non remittuntur in futuro sæculo. quædam verò significantur esse huiusmodi, vt qui ipsa admittunt, licet contaminentur, maneant nihilominus[30] iusti &[31] filij[32] Dei: quibus, quia sunt[33] Dei hæredes, ea remittuntur in futuro sæculo, si nõ fuerint remissa in isto. quorum multa & varia exempla[33] Veteres

23 Lucæ 16.

Etiam Catholicos sentire Dominũ locutum esse Mat. c. 12. de peccati culpa.

Mendacium Caluini.

24 In cõmentariis in hunc Matthæi locũ.

25 Lib 4. Dialog. c. 39.

Cuiusmodi sint peccata quæ remittuntur in futuro sæculo.

26 Rom. 6. & Iacob. 1.

27 Ezech. 3. & 18.

28 Galat. 5.

29 Rom. 1. & 6.

30 Prou. 24.

31 Matth. 6. & 1. Ioan. 1.

32 Rom. 8.

33 Nominatim Augustinus variis locis, & Gregorius libr. 4. Dialog. c. 39.

teres memorant. sed quod ad dictum contra filium hominis pertinet, hoc pro exemplo erit, si quis de popello Iudæus, Christi doctrina & miraculis nondum ei patefactis, simpliciter dixisset, Scripturas non docere Prophetam surgere à Galilæa.

Doctrinam de remissione quorundam peccatorum in futuro sæculo fuisse cõprehensam etiã scriptura Veteris Testamenti.

27 FVITQVE hæc doctrina de remissione quorundam peccatorum in futuro sæculo, etiam scriptura veteris Testamenti comprehensa. quod haud grauatè fatebitur, quisquis memor interpretationis Christi quam nunc audiuimus, eam accommodauerit quibusdam promissionibus, minis, prædictionibus, veteri testamento comprehensis. Nempe (exempli causa) audimus apud Ieremiam Dominum inter cætera[1] dicentem, Et propitiabor peccatis eorum: quæ promissio est remissionis peccatorum: apud alios verò has siue imprecationes, siue prædictiones retentionis quorundam peccatorum: Peccatum [2]matris eius non deleatur: &[3]peccatum eorum à facie tua non deleatur. suntque hæc verba huiusmodi, vt nulla particula restringantur ad præsens sæculum; sed libera porrigantur ad futurum quoque sæculum. Verùm quia refractarij homines difficilè placantur, Deus hęc & huius generis alia, voluit illustrari scriptura euangelica. Christus namque manifestè patefecit, non remittetur, significare non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro: & consequenter innuit, remittetur, significare, remittetur vel in hoc sæculo, vel in futuro. quem interpretem si sequamur (vt esse sequendum certum est) tum in scripturis iam-iam citatis idem quod istæ significantibus, tum in aliis eiusdem generis, vbi nullæ particulares circumstantiæ lectorem aliò vocant: sicut non dubitabimus quin illud, non deleatur, & illi synonyma, significent, non deleatur neque in hoc sæculo, neque in futuro: ita certi erimus illud, propitiabor, quæq; ei sunt similia, pertinere

1 cap. 31.
2 Psal. 108.
3 Iere. 18. & Nehem. 4.

non

non solùm ad hoc sæculum, verumetiam ad futurum: quod quidem attinet ad ea quæ diximus peccata.

28 Et verò quotidiani quoque casus, illustrati scripturis Veteris & noui testamenti, testantur Deum remittere quædam peccata in futuro sęculo. Manifestum enim est, iustum septies in die cadere, filios[2] Dei quotidie contrahere debita, omnes[3] (quantæcunque sint sanctitatis & dignitatis) in multis offendere. & simul compertum habemus, plurimis subitum[4] Domini diem ingruere, siue Dominum[5] repentè, & qua[6] hora non putatur, venire: quibusdam autem etiam aliquem casum mentem longo tempore victuris subitò eripere. quibus fit vt non dubitemus quin plurimi iusti non habeant spatium cogitandi, nedum deliberandi, de quęrenda remissione leuium peccatorum quæ ante hos luctuosos casus admiserunt. Neq; desunt qui huiusmodi peccatis ad mortem vsq; vel ignorantia adhærent, quia non[7] intelligunt delicta: vel infirmitate, qua prudentes & scientes nunquam ea seriò detestantur. Qui proinde omnes antè excedunt è vita, quàm impetrauerint horum peccatorum quotidianorum remissionem: eo quòd pœnitentia sit necessaria ad peccati remissionem, iuxta[8] veteris & [9]noui Testamẽti scripturas. Nec est quod hæreticus sibi hîc de sua fide blandiatur: quandoquidẽ fides etiã ipsi nõ est germana quę nõ fuerit comitata pœnitẽtia. Porrò mors nõ est donata potestate remittẽdi peccata; vt quæ sit pœna peccati originalis omnibus æqualiter inflicta: quæq; si hac potestate esset prædita, nemo redderet rationem de verbo otioso in die iudicij: ac ne damnaretur quoq; quispiã. Excipiũtur ergo altero sęculo maculati his peccatis. In quo si nulla remitterentur peccata, quid istis fieret? damnarentur ad pœnas æternas? atqui sunt iusti:[10] Dominus verò iustos diligit. hæreditatem æternam tenerent? sed huic obstat quòd semita

Quotidianos quoque casus, illustratos scripturis vtriusq; Testamenti, testari Deum remittere quædã peccata in futuro sæculo.

1 Prouer. 24.
2 Matth. 6.
3 Iacob. 3.
4 Lucæ 21.
5 Marc. 13.
6 Lucæ 12.
7 Psal. 18.
8 3. Reg. 8. 2 Para. 2. Ezec. 18. & aliis scripturis.
9 Matth. 3. Marc. 1. & 6. Luc. 17. Act. 2. 1. Petri 3.
10 Psal. 145.

mita [11] quæ ducit ad vitam, sit sancta, neque transeat per
eam pollutus. Itaque vt adeant hæreditatem quæ eis tan-
quam filiis debetur (si enim filij, & heredes, [12] inquit Apo-
stolus) relinquitur Deum remittere hæc peccata in futu-
ro sæculo.

29 Ex quo porrò manifestè & necessariò sequitur esse
purgatorium: esse aliquos spiritus qui pœnas temporarias
dependant in futuro sæculo: quod [1] Augustinus hinc ex-
presse collegit: esse ignem purgatorium: quod [2] Gregorius
& [3] Bernardus huic innixi admonuerunt. Id quod fatebi-
tur, quisquis sequentibus argumentis animũ aduerterit.
Deus remittit quædam peccata in futuro sæculo. quod 1
dum facit, purgat [4] peccata. igitur Deus purgat peccata in
futuro sæculo. Atqui necesse est vt ea alicubi purget: quia
quod nusquam fit, non fit. Igitur locus quidam est in fu-
turo sæculo vbi Deus remittit, siue purgat quædam pec-
cata: hoc est, est locus purgatorius: suntque etiam animi
qui purgantur: quia pugnantia sunt, Deum purgare pec-
cata hominum, eundemque nullos purgare. Deus remit- 2
tens & purgans peccata in futuro sæculo, neque purgat ea
in cælo: quia (vt [5] scriptura inquit) non intrabit in ciuita-
tem cælestem aliquid coinquinatum: neque purgat ea in
inferno damnatorum: quia (vt eadem docet) hic infer-
nus est [6] perditio, & lacus [7] iræ Dei magnus. Igitur remittit
& purgat ea in aliquo loco, qui neque cælum, neque in-
fernus est damnatorum ad pœnas æternas. Deus purgans 3
peccata in futuro sæculo, ea neque ante iudicium conta-
minati purgat: eo quòd scriptura significet vnumquemq;
talem iudicio sisti, qualis hinc egreditur, cum aliis [8] multis
locis, tum iis [9] qui docent Deum in morte venire, & inue-
nire vigilantes & dormientes: neque in ipso iudicio: quia
eadem [10] tradit tales nos iudicari, quales sumus in morte.
imò per [11] iudicium apparere quales re-vera simus: neque
spatio

Ex eo q̄ Deus remittit quædã peccata in futuro sæculo, manifestè et necessario sequi, esse purgatoriũ: esse spiritus qui pœnas temporarias dependant: esse ignẽ purgatoriũ

11 Isai. 35.
12 Rom. 8.
1 Lib. 10. De ciuit Dei, c. 24.
2 Lib. 4. Dialog. c. 39.
3 Serm. 66. in Cantic Cantic.
4 Hebr. 1. Prouerb. 15. Thob. 11.
5 Apoc. 21.
6 Iob 26. & 28.
7 Apoc. 14.
8 Ioan. 12. 2. Cor. 6. Isai. 49. & aliis locis, quos Gregorius citat lib. 4. dialog. c. 39.
9 Marc. 13. & Lucæ 12.
10 Lucæ 12.
11 1. Cor. 4.

ſpatio illo momentaneo quo abripimur ad locum nobis dignum: tum quia iudicium & redditio coniunguntur in [12] ſcriptura: tum quia [13] perſonæ idem nomen retinent in redditione quod in iudicio habuerunt. igitur Deus remittit quædam peccata in loco executionis iudicij: & hic

12 Apoc. 11. & 1. Cor. 3.

13 Apoc. eodem capit.

4 locus eſt purgatorius. Deus ita remittit & purgat peccata in futuro ſæculo, vt hęc remiſſio ſiue purgatio ſit conſentanea iis quæ aliis locis memoriæ prodidit de iudicio & retributione. Is verò frequentiſſimè & clariſſimè patefecit in ſcripturis veteris & noui Teſtaméti ſe eſſe [14] iuſtum iudicem: ſe iudicaturum in iuſtitia: iudicium ſuum eſſe [15] iuſtum, [17] verum, [18] ſecundum veritatem: ſe iudicare ſecundum [19] opus & [20] opera vniuſcuiuſque: ſe [21] reddere vnicuique ſecundum opera eius, etiam minima: in tantum vt [22] reddituri ſimus rationē de verbo otioſo. Igitur Deus in futuro ſæculo ita purgat peccata, id eſt, culpas peccatorum, vt nihilominus reddat ei qui peccauit ſecundum opus vel opera ipſius. atqui quotidianum ſiue leue peccatum iuſti & filij Dei non punitur æterna, ſed temporali pœna: & pœna futuri ſæculi paſſim [23] ſignificatur nomine ignis in ſcriptura. quare Deus ita remittit peccata in futuro ſæculo, vt ea puniat pœna temporali, ſiue (vt nomine ſcripturę vſitato vtamur) igne temporario. Porrò nulli [24] pœnæ locus eſt in cælo: neque pœnæ temporariæ locus eſt [25] in inferno damnatorum: quia huius loci pœnæ ſunt æternæ. igitur quidam alius locus eſt in quo Deus purgat & punit quædam peccata acerbitate pœnarum temporalium: hoc eſt, eſt purgatorium in futuro ſæculo.

14 2. Tim. 4.

15 Act. 17. & Pſal. 9.

16 Rom. 2. & 2. Theſſal. 1.

17 Rom. 2.

18 Rom. 2.

19 1. Pet. 1.

20 Apoc. 20.

21 Iere. 17. 25. 32. Matth. 16. Rom. 2. 2. Theſſal. 4. Apoc. 2.

22 Matt. 12.

23 Matt. 3. & 7. Luc. 3. & aliis locis.

24 Apoc. 21.

25 Matth. 18. & 25.

30 Et hæc quidem generaliter probant Deum remittere quaſdam culpas in futuro ſæculo: idque ita vt nihilominus repoſcat pœnas temporarias. Cęterùm ſunt etiam ſcripturæ quæ ſpecialiùs eadem docent. nominatim illa celebris quæ extat in priore ad [1] Corinthios epiſtola

Specialis demōſtratio axiomatis, ꝙ Deus in futuro ſæculo ita remittat quædā peccata, vt nihilominus repoſcat pœnas temporarias: ex loco 1. Cor. 3.

1 cap. 3.

ſtola his verbis: Secundum gratiam quæ data eſt mihi, vt ſapiens (id eſt, doctus & ſcitus) architectus fundamẽtum poſui: alius autem ſuperædificat. vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperædificet. fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. ſi quis autem ſuperædificat ſuper hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. ſi cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit; mercedem accipiet. ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Audimus enim duos ordines eorum qui ſaluantur: Vnum eorum qui ædificant ſuper fundamentum, quod eſt Chriſtus Ieſus, aurum, argentum, lapides pretioſos, qui recipient mercedem ſui operis in die Domini, in qua vniuſcuiuſq; opus probabitur per ignẽ, & manifeſtũ erit. Alterũ eorũ qui ſuper idẽ fundamentũ ædificant ligna, fœnũ, ſtipulã: qui quidẽ detrimentũ patiẽtur in eodẽ die, & nihilominus ſalui erunt, ſed ita tamen tanquam per ignem. Verùm quia hic locus intellectu difficilis eſt propter metaphoram, eiuſque ſententia deprauatur ab hæreticis; exponendus eſt latiùs, tum ex eius circunſtantiis, tum ex aliis ſcripturæ locis. Apoſtolus [2] reprehenderat Corinthios propterea quòd eſſent inter eos diſſidia, dum alius aduerſus alium inflatur huius vel illius paſtoris & doctoris cauſa: docens Deo gloriam boni fructus eſſe aſcribendam; non ſibi, non Apollo, non Cephæ: qui nihil aliud eſſent quàm miniſtri Chriſti, recepturi mercedem ſuam non ab ipſis, ſed à Deo cuius eſſent adiutores: idq́, ſecundum ſuum laborem. eſſe enim differentes miniſtrorum operationes: quoniã quidam in Dei populo, qui eſt velut

Duo ordines eorum qui ſaluãtur, apud Apoſtolum.

Expoſitio huius loci Apoſtoli.

2 cap. 1. & 3.

Dei

Dei agricolatio & Dei ædificatio, tenebant locum plantatorum; quidam verò rigatorum: seu (quod idem significat) quidam erant id quod in ædificatione architecti qui fundamentum collocant; in quo ars præcipua & summus est labor: quidam verò id quod hi qui super iactum fundamentum ædificant; in quo minor est ars & labor. Et sibi quidem ascribit quòd gratia Dei vt scitus architectus fundamentum iecisset: hoc est, quòd primus Corinthios docuisset principia religionis Christianæ, eosque Christo lucrifecisset. Cæteris verò attribuit superædificationem, hoc est, insequentem operam & laborem, vel præstitum, vel saltem debitum: qui situs est in doctrinis, adhortationibus, minis, increpationibus, reprehensionibus, & aliis ministrorum officiis, quibus fideles solent adolescere & euadere in viros perfectos, tum doctrina, tum moribus. Cæterùm quia facilè euenit, vt qui præsunt, causa sint quorundam peccatorum populi; præsertim paruorum, propter difficultatem prouinciæ quam sustinent; addit: vnusquisque autem videat quomodo superędificet. quod significat superædificationis quoque prouinciam grauem esse, & requirere non solùm magnam operam, sed ingentem quoque solicitudinem. Cui porrò adiicit causam cur mentionem non iaciendi fundamenti, sed solius superædificationis fecerit. Fundamentum enim aliud nemo potest (nimirum iure) ponere præter id quod positum est (putâ, à me) quod est Christus Iesus. primus namque docuerat Corinthios summa capita religionis Christianæ, effeceratque sua opera & solicitudine vt Christus Iesus habitaret in cordibus eorum. Cui deinde annectit quæ declarant se non sine causa antea admonuisse, vt vnusquisque videret quomodo superædificaret. esse namque plurima eorum qui super hoc fundamentum ędificant, & maximè differentia opera: quæ omnia Deus manifestaturus,

Secundũ gratiã quæ data est mihi, vt sapiẽs architectus fũdamentum posui, alius autem superædificat.

Vnusquisq; autem videat quomodo superædificet.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus.

turus, examinaturus, & iusto stipendio sit coronaturus, vel puniturus. Si quis autem, inquit, superędificat aurum, argētum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. Ac illud quidem facile est intelligere, auro, argento, lapidibus pretiosis (quæ præparata leguntur à [3]Dauide &[4]Salomone in opera domus Domini) significatam esse congruam fundamento à se iacto superstructionem: hoc est, insignia & ex omni parte bona opera: eaque in tali differentia, qualis est inter optima, meliora, bona. & è contra lignis, fœno, stipula, non conformem huic fundamento ædificationem: hoc est, opera mala & incendio obnoxia; venialia tamen: eaque in tali differentia qualis est inter pessima, peiora, mala. nam digna morte æterna opera vt non struuntur super fundamentum quod est Christus Iesus: ita [5] salutem auferunt eorum auctoribus, quam Apostolus lignorum, fœni, stipulæ, superædificatoribus paulò pòst pollicetur. Quæ verò nominatim sint hæc opera, paulò remotius est ab intelligentia imperitorum. qua opportunitate vsus Caluinus, aurum, argentum, lapides pretiosos circumscripsit [6]doctrinis Dei, siue[7]doctrinis Christo dignis: ligna verò, fœnum, stipulam, [8] doctrinis commentitiis, seu hominum capite excogitatis, quæ tamen non pugnent cum præcipuis & necessariis fidei capitibus. sed quàm malè, locus ipse attentiùs consideratus declarat. Apostolus enim infinitè aurum, argētum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, memorat. constat autem ex scripturis, officium pastorum non in sola doctrina situm esse: sed etiam in [9]admonitionibus, obsecrationibus, exhortationibus, redargutionibus, increpationibus, censuris, & aliis huius generis, quæ ad emendationem, profectum, confirmationem, perseuerantiam fidelium requiruntur. Nec sufficit quòd hęc fiant à pastoribus, vt habeant appellationē auri, argenti,

Si quis autē superædificat aurū, argentū, lapides pretiosos, ligna, fœnū, stipulā, vniuscuiusq; opus manifestum erit.

Auro, argento, lapidibus pretiosis, lignis, fœno, stipula, quæ in genere significata sint.

3 1. Paral. 28.

4 3. Reg. 5.

5 Matth. 25. 1. Cor. 6. & 13. Gal. 5. Iacob. 2. & vide Augustinum Enchir. c. 67. & 68. & in lib. De fide & operibus, c. 15. & lib. 21. De ciuit. Dei. c. 26.

Auro, argento, lapidibus pretiosis, lignis, fœno, stipula, quæ speciatim sint significata.

Quod Caluinus hic valde errauerit.

6 Lib. 3. Instit. c. 5. sect. 9.

7 In cōmentariis in hunc locum.

8 Lib. 3. Insti. c. 5. sect. 9. & in commētariis in hunc locum.

9 Act. 20. 2. Timo. 4. Tit. 2. Matth. 18. 1. Corinth. 5.

argenti,lapidum pretioſorum : ſed oportet vt etiam bene ab eis fiant. Multa[10] namque bona ſæpius non bene fiunt, 10 Matth. 6.
quod quum accidit,ea veri boni rationem amittunt. Igitur Apoſtolus auro,argento,lapidibus pretioſis, non ſimpliciter doctrinas Dei Chriſto dignas intellexit ; ſed doctrinas Dei & Chriſti bene & opportunè traditas:& præterea reliqua omnia paſtorum officia bene & legitimè præſtita. Quod quum ſit certum, dubium non eſt quin is e-conuerſo lignis,fœno, ſtipulą, intellexerit doctrinas Dei, & reliqua paſtorum officia, vel præſtitą, vel omiſſa cum leuiori aliquo peccato. vt ſi paſtor (exempli cauſa) affectet eloquentiam gloriolæ alicuius cauſa. vt ſi paruulis in Chriſto doctrinam ſublimiorem tradat,vel imprudentia,vel ignorantia imperitiæ plebis,vel vt auditores in aliquantulam ſui admirationem rapiat. vt ſi leui aliqua indulgētia non reprehendat quod reprehendendum eſt. Et ſi tantum verborum,lignorum,fœni,ſtipulę ratio eſſet habenda, ſequeretur eis etiam ſignificatas eſſe commentitias & hominum cerebro fabricatas doctrinas,quæ non pugnent cum præcipuis fidei capitibus, imò etiam hæreſes,& quaſuis alias mortiferas paſtorum actiones. Verùm ſicut hæc excluſa ſunt verbis,ſuperædificat,& ſaluus erit: ita aliæ circumſtantiæ innuunt Apoſtolum non tam ad has commentitias doctrinas,quàm ad illos,& alios eis ſimiles vitioſos paſtorum mores reſpexiſſe, quos ſub[11] no- 11 1. Cor. 4.
mine ſuo,Cephæ, Apollo, per figuræ tranſlationem notat. primùm enim reprehēdit non commentitia dogmata,ſed[12] diſſidia,& in[13] hominibus gloriationem : quibus 12 1. Cor. 1. 13 1. Cor. 3.
fiebat vt dicerent,ego ſum Pauli,ego Apollo,ego Cephę: quę ex illis vitioſis moribus videntur ſumpſiſſe originem. tanto verò magis hæc commentitia dogmata nominatim reprehendiſſet,quàm iſta;quanto eorum commixtio cum verbo Dei minus erat ferenda. Deinde non quadrat

in hæc dogmata, quod adiunctum est, vniuscuiusq; opus manifestum erit. nam hoc significat non ideò minus vnicuique superædificatorum videndum esse quomodo superstruat, propterea quòd nunc multa lateant. venturum enim tempus quo vniuscuiusque opus, quantumcunque etiam abditum, siue per se, siue studio eius qui id occultat, manifestum sit futurum. Bonæ verò doctrinæ iam tunc manifestæ erant. imò nec commentitia dogmata latuissent Corinthios & Paulum de salute eorum solicitum. Postremò etiam si hæc istos latuissent, potuissent nihilominus paulò pòst deprehendi. quæ verò significantur auro, argento, lapidibus pretiosis, lignis, fœno, stipula, reponuntur inter vsqueadeò occulta, vt dicantur esse reuelanda in die Domini. cuiusmodi ferè sunt, non res per se malæ & nugatoriæ; sed ea quorum bonitas vel malitia ab animo operãtis dependet. Dies enim Domini, inquit, declarabit; putâ, vniuscuiusque opus. Constat namque diem Domini [14] vulgò in scripturis significare diem iudicij, quod duplex est, vniuersale, & particulare in morte vniuscuiusque. qui idem dicitur nonnunquam ἐκείνη ἡμέρα, id est, illa dies, vt apud Paulum: [15] potens est depositum meum seruare in illum diem: [16] &, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die. nonnunquam verò cum articulo qui tantundem valet, ἡ ἡμέρα, id est, illa dies. vt apud [17] Matthæum, Vigilate itaque quia nescitis τὴν ἡμέραν, id est, illum diem: & hîc apud Paulum in exemplaribus Græcis quæ nunc sunt in manibus. ἡ γὰρ ἡμέρα, id est, illa enim dies. Quam eius vim hæretici subticent in suis translationibus. Huicque astutiæ [18] Caluinus addit, vulgato scripturæ vsu diem Domini esse dici, quoties suam præsentiam hominibus aliquo modo manifestat. tum verò faciem eius lucere, quum veritas eius illucet. videbat enim illud silentium valere apud impe-

Dies enim Domini declarabit.

14 Nominatim Malach. 4. 1. Thess. 5. & 2. Ioan.

Dies Domini quid sit Paulo.

15 2. Tim. 1.

16 2. Tim. 4.

17 cap. 25.

18 Lib. 3. Instit. c. 5. sect. 9.

Dies Domini quid sit Caluino, & quòd is eum male definiat.

imperitos. cæterùm doctiores, tum istud deprehensuros, tum etiam habituros rationem constantis lectionis exemplarium Latinorum, etiam suffultorum auctoritate & testimonio [19] veterum ecclesiasticorum Scriptorum. igitur faciendum sibi esse existimauit, vt hac tanta asseueratione oculos lectorum perstringere conaretur. nam qui eam examinauerit, deprehendet impudens esse mendacium. Scriptura enim nusquam accipit diem Domini in hac significatione. quod causa fuit cur nullum locum proferret: tantum abest vt eum passim ita accipiat. Quinetiam ipsa verba hanc interpretationem respuunt: quippe quæ sonant diem, siue tempus Domini esse, in quo Deus dominium suum, siue se esse dominum insigni & præclaro aliquo facto manifestat. & quandoque quidem dicitur de certo huius sæculi tempore, in quo Deus insigni animaduersione & supplicio manifestat se esse Dominum eorum qui mandata ipsius contemnunt. vt Isaiæ cap. 13. & Ieremiæ 46. frequentissimè verò accipitur pro die iudicij, siue generalis, siue particularis: in quo examinatione, exactione rationis etiam minimorum peccatorum non remissorum, & punitione ac remuneratione operum patefacit, patefacietque se esse Dominum vniuersæ creaturæ. vt in priore [20] epistola ad Thessalonicenses: Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet. vt in altera Ioannis epistola, Vt in die Domini non confundamini. vt apud [21] Malachiam, Antequam veniat dies Domini magnus & horribilis: & apud [22] alios. Cuius diei quia dies afflictionum huius sæculi sunt vmbræ, & [23] quędam veluti ostensiones, quidam [24] Veteres hunc Apostoli locum per quandam extensionem traxerunt ad afflictiones huius sæculi. & iidem nihilominus, quia videbant reliquas circunstantias patefacere propriè hîc sermonem esse de die qui per exochen dicitur dies Domini,

19 Nominatim Hieronymi lib. 2. aduersus Iouinianũ: Augustini in libro De fide & operibus, c. 15. & aliis locis.

Dies Domini quæ passim significet in scriptura.

20 cap. 5.

21 cap. 4.

22 Nominatim Petrũ c. 3. alterius epistolæ.

23 2. Thes. 1.

24 Augustinus in libr. De fide & ope. c. 15. & in Enchir. c. 68. & quæst. 1. ad Dulcitiũ. & Gregorius libr. 4. Dialog. c. 39.

Apostolū loqui de die Domini, qui per exochen ita dicitur.

25 Augustinus concione 3. in Psalmū 37. & Homilia 16. in lib. 50. Homiliarū. & sermone 4. De cōmemoratione animarum. & Gregorius libr. 4. Dialog. c. 39.

Domini,[25] declarauerunt Apostolum loqui de die iudicij & temporalibus futuri sæculi pœnis. nullus enim est certus dies afflictionum huius sæculi, qui declaret & manifestum faciat vniuscuiusque ministri opus aurúmne sit, vel argentum, vel lapides pretiosi: an verò ligna, vel fœnum, vel stipula. imò ne omnes quidem dies afflictionum huius sæculi id præstiterint. nullus est ignis huius sæculi qui probet vniuscuiusque opus quale sit. nullus est dies huius sæculi in quo qui ædificauerint, aurum, argentum, lapides pretiosos, recipiant mercedem salutis æternæ: qui verò ædificauerint ligna, fœnum, stipulam, salutem quidē consequantur, sic tamen tanquam per ignem. In diem verò iudicij optimè & propriissimè conueniunt quæcunque hîc dicuntur. nam quia Dominus veniens illuminabit (vt idem[26] Apostolus paulò pòst inquit) abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, hîc rectissimè scriptum est, Vniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit. Rursus, quia frequentissimè in sacris scripturis traditum est, Dominum [27] in igne venturum, & omnia[28] diligenter examinaturum, optimè additum est, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Etsi enim ignis multa significet in scriptura, fieríque etiam possit vt Deus, sicut tres pueros in fornace ignis ardentis illæsos seruauit, ita sanctos seruet illæsos ab igne tum futuri sæculi, tum exustionis mundi: (ignis enim, cuius hîc fit mentio, communis[29] est omnium, bonorum æquè ac malorum) tamen quia probabile est Apostolum perstare in metaphora, quæ hinc est tracta, quòd igne deprehendamus sitne aliquid solidum (quale, verbi gratia,[30] est aurum) an verò fragile & combustioni obnoxium: præstat vt cum [31] Basilio dicamus ignem hîc significare probationem in iudicio, siue rigidum examen Dei, quod vniuscuiusque

26 1. Cor. 4.

27 Psalm. 49. Daniel. 7. & aliis locis.

Quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.

28 Sapien. 1.

Ignis quid hîc significet.

29 Vide Augustinū in libr. De fide & ope. & in Enchir. cap 68.

30 Eccl. 2.

31 Lib. de Spiritu sancto. cap. 15.

cuiusque

cuiusque opus examinabit quale sit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit: (vt manere & non consumi ab igne solent aurum, argentum, lapides pretiosi) hoc est, si opus quod superædificator struxit, deprehẽdatur à Deo examinante tale vt sit ex omni parte bonum; mercedem accipiet, putâ, superædificator. mercedem, inquam, non huius sæculi, sed alteriùs, quæ propria est fidelium & sanctorum: de qua paulò antè dixerat, Vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, & quam Christus vocat mercedem [32] quæ est in cælo, siue [33] quæ est apud Patrem nostrum qui in cælis est. Si cuius opus arserit (vt quidem ardere solent ligna, fœnum, stipula) hoc est, si cuius opus fundamento bono superstructum, iusto Dei examine fuerit inuentum peccatum & aliquo supplicio dignum; detrimentum patietur: non [34] animæ, quia id significaret iacturam æternæ salutis; sed operis: idque per combustionem, quæ indicata est verbo, arserit: hoc est, per punitionem futuri sæculi. eo namque examen & iudicium fiet, vt [35] referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. nec detrimentum magis ad hoc sæculum referri debet, quàm merces: quandoquidem Paulus vtriusque vno eodemq; tractu meminit, vbi vnum diem, vnumque ignem examinantem bonum & malum memorauit. Ne tamen quispiam existimaret hanc punitionem futuram æternam, additum est, Ipse autem saluus erit, hoc est, salutem æternam consequetur. Saluari quippe semper [36] accipitur in scripturis in bonam partem: nec æternitatem suppliciorum inferni, sed cæleste [37] præmium significat. quod non animaduersum à [38] Chrysostomo in conflictu aduersus eos qui sentiebant damnatorum pœnas quandoque finiendas, impulit eum in alienam horum verborum interpretationem, etiam iudicio omnium hæreticorum huius sæculi.

Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet.

32 Matth. 5.
33 Matth. 6.

Si cuius opus arserit, detrimentũ patietur.

34 Matt. 16.

35 2. Cor. 5.

Ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem.

36 Nominatim Psal. 117 9. 85. & Matth. 8.
37 Matt. 19. & 24. Ioan. 5. Rom. 10. & aliis locis.
38 Homil. 9. in prioré epist. ad Corinth.

Cui nihilominus adiectum est, ne hæc inter se pugnare viderentur, sic tamen quasi, siue tanquam per ignem; supple, comburentem ligna, fœnum, stipulam: hoc est, sic tamen tanquam per examen & iudicium Dei iusto temporali supplicio animaduertens in mala opera superædificatoris. Quod qui supplere noluerit, necesse habebit hîc abrumpere filum metaphoræ, & istud (quod tamen, quantum ad sententiam attinet, eodem redibit) de vulgaris significationis futuri sæculi igne accipere, propterea quòd hæc particula, sic tamen tanquam per ignem, propria sit eorum qui ædificauerunt ligna, fœnum, stipulam. Ille verò ignis, cuius facta est mentio in verbis, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit, manifestè communis sit æquè eorum qui ædificauerint aurum, argentum, lapides pretiosos, atque aliorum qui ædificauerint ligna, fœnum, stipulam. Nam quòd Caluinus nouiter ignem vbique [39] interpretatur esse Spiritus sancti examen, friuolum est: quia spiritus sanctus non patefacit in hoc sæculo qualia sint omnia opera ministrorum Dei. neque conuenit vt certò bona, & certò mala doctrina dicatur examinanda & manifestanda à spiritu sancto vt appareat qualis sit: vtque qui eam ædificauerit, vel mercedem recipiat, vel damnum per hoc examen patiatur. & falsò traditum esset, omnes qui ædificassent ligna, fœnum, stipulam, esse saluãdos tanquam per ignem; quippe quum multi antè moriantur, quàm crassam eorum ignorantiam de (exempli causa) germana sententia alicuius scripturę non pertinentis ad necessaria religionis capita, spiritus sanctus absterserit. imò si eidem Caluino credimus [40] numeranti Gregorium & Bernardum cum aliis quibusdam, inter eos qui super fundamentum, quod est Christus Iesus, ædificauerint ligna, fœnum, stipulam, & nihilominus sint saluati: Gregorius & Bernardus insignes

Ignẽ in verbis Apostoli non significare Spiritus sancti examen: vt Caluinus scribit.

39 Lib. 3. Instit. c. 5. sect. 9. & in commentariis in hunc locum.

40 In commentariis in hunc locum.

ſignes Purgatorij aſſertores, atque adeò etiam Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, ſaluati eſſent, ſed non tanquam per ignem; quippe quum immortui ſint huic ſententiæ: vt ſuo loco apparebit. Itaque habemus ex Pauli non contorta in alienum ſenſum, vt hęretici fingunt, ſed germana ſententia, quoſdam Dei miniſtros deferre ſecum ad iudicium ligna, fœnum, ſtipulam, quæ ædificauerunt ſuper fundamentum quod eſt Chriſtus Ieſus: eoſq; ſaluari quidem, ſed poſteaquam luerint pœnas dignas his operibus. ex quo manifeſtè ſequitur, Deum remittere quædam peccata in futuro ſæculo; quippe quum nemo ſaluetur niſi remiſſis peccatis: eſſe pœnas temporarias & purgatorias in futuro ſæculo: eſſe locum in futuro ſæculo, in quo iſti purgentur: hoc eſt, eſſe purgatorium.

Quòd Apoſtolus ait de miniſtris Dei qui detrimentū patiātur & ſaluētur tāquam per ignē, id verum eſſe etiā in aliis fidelibus ædificātibus ligna, fœnum, ſtipulam, ſuper fundamētum quod eſt Chriſtus Ieſus.

31 PORRO eadem eſt aliorum ratio, quæ eſt miniſtrorum: quandoquidem Deus iudicat[1] ſine acceptione perſonarum ſecundum vniuſcuiuſq; opus, &[2] reddit vnicuique ſecundum opera ſua. quod axioma Chriſtianum cùm veteres eccleſiaſtici Scriptores probè cognitum haberent, neque ignorarēt familiarem ſcripturis eſſe tranſitum à parte ad totum, interpretati ſunt Apoſtolum de igne futuri ſæculi examinante, & coronante, vel puniente omnium fidelium opera. nominatim[3] Origenes,[4] Baſilius,[5] Hieronymus,[6] Ambroſius,[7] Auguſtinus. Sed vt Apoſtolum ſolum de miniſtris intelligamus (quod filum orationis peculiariter poſtulare videtur) eadem eſt (vti diximus) aliorum fidelium ratio. quod vſqueadeo non ex noſtro, ſed ex Dei iudicio æſtimamus, vt quæ hîc de miniſtris ſunt dicta, eadem de aliis quoque, & quidem ſæpius eiſdem verbis, alibi à Domino ſint reuelata. Iudas enim omnes fideles alloquens ſignificat eos eſſe ſuperædificatores, ſeu ſuperędificare ſuper fundamentum quod eſt

1 1. Pet. 1.
2 Matth. 16. & Rom. 2.
3 Homilia 6. in Exodum, & 8 in Leuit. & 2. in Pſal. 36. ad verba, Deſine ab ira. & Hom. 12. in Ierem.
4 In libr. De Spiritu ſancto, cap. 15.
5 Lib. 2. aduerſus Iouinianum.
6 Sermone 20. in Pſal. 118.
7 Concione 3. in Pſal. 37. & in libro 50. Homil. Homilia 16. & Homilia 4. de commemoratione animarum.

8 In sua catholica epistola

est Iesus Christus,[8] quum ait: Vos autem charissimi superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei. & sicut Paulus hîc videndi vocabulo vsus est quum ait, Vnusquisque autem videat quomodo superædificet: ita Ephesios promiscuè alloquens idem verbum vsurpat, alia quidem, sed tamē idem significante metaphora,[9] dicens, Videte quomodo cautè ambuletis. Porrò ei quod dictū est, Vniuscuiusque opus manifestum erit, dies enim Domini reuelabit, respondet quod paulò[10] pòst infinitè scriptum est, donec veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. quinetiam scriptura[11] meminit ignis in iudicio omnium: profitetur Deum examinaturum & scrutaturum[12] etiam cogitationes omnium: docet quosuis fideles[13] bene operantes recepturos mercedem suam: tradit[14] eadem metaphora maledictionem consumpturam ligna & lapides domus furantis & mendaciter iurantis in nomine Dei: item,[15] malos esse consumendos quasi stipulam aridam: &[16] sicut deuorat stipulam lingua ignis & calor flammæ exurit, sic radicem malorum quasi fauillam futuram: postremò asseuerat Deum reddere (vti diximus) vnicuique secundum opera sua.

9 cap. 5.

10 1. Cor. 4.

11 Psal. 49. Daniel. 7. & aliis locis.

12 Sap. 1.

13 Ruth 2. 2. Paral. 15. Prouerb. 11. Matth. 5. 6. 10. & aliis locis.

14 Zachar. 5.

15 Nahum. 1

16 Isai. 5.

Prophetā Malachiam eadem docere, licet aliunde petita metaphora, quæ Paulus scripsit, 1. Cor. 3.

32 PATEFECIMVS quod agimus metaphora sumpta à rebus quæ in igne manent, & non manent. Idem autem iam manifestabimus metaphora profecta à rebus quæ purgantur per ignem: inter quas aurum & argentum insignem quoque locum tenēt. Malachias namque postquam filij Dei in carnem aduentum significauit, transit, more Prophetis familiari, ad eum aduentum quo nos iudicaturus est. Et quis,[1] inquit, poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit (siue consistet) ad videndum eum? Certè enim ille aduentus fuit[2] humilis,[3] contemptus,[4] mansuetus: eiusque proinde diem facile fuit non cogi-

1 cap. 3.

2 Phil. 2.

3 Psalm. 21.

4 Isai 5. & Zachar. 9.

cogitare modò, sed sustinere quoque. potuitque quilibet eum cum hominibus in terris conuersantem videre, iuxta[5] illud vaticinium, Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Hic autem aduentus[6] describitur præclarus, gloriosus, terribilis, tum aliis de causis, tum quia nullum peccatum,[7] quantumuis paruum, inultum relinquet. ideoque rectè de eo dicitur, Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis (non quiuis, sed) conflans siue excoquens (hoc est, metallicus) & quasi herba fullonum: (quam Hebræi vocant borith) & sedebit conflans, & emundans quasi argentum: & purgabit filios Leui (hoc est, eos qui in ecclesia præfuerunt aliis) & colabit eos sicut colatur aurum & argentum: & (postquam fuerint mundati ab omni scoria & labe peccati) erunt Domino offerentes sacrificia (siue oblationem, non iam amplius in peccato, quod etiam[8] sanctissimi habent; sed) in iustitia ([9]perfecta nimirum; quippe qui offerent Deo semetipsos mundissimas hostias) & placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem (id[10] est, ecclesiæ cælestis) sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui: siue (vt alij legunt) sicut à diebus antiquis, & sicut annis prioribus. non quòd sacrificium quo filij Dei se-ipsos in cælis in plenissima & perfectissima iustitia offerunt, nõ sit Deo acceptius; sed quòd sicut quum hîc viuerent, fuit Deo acceptum, ita etiam erit postea. notum namque est particulam, sicut, frequenter non significare omnem similitudinem: nominatim [11]hîc, Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cęlestis perfectus est. quibus verbis Propheta concludit quæ ad bonos, sed non perfectè mundatos pertinent. nam quod sequitur, & accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & cætera; manifestè pertinet ad impios & malos. ex quo nihilominus apparet eum antea

5 Baruch 3.
6 Daniel. 7. Matt. 24 & 25. & aliis locis.
7 Matth. 12.
8 1. Ioan. 1.
9 Philip. 3.
10 Hebr. 12.
11 Matth. 5.

quoque eſſe locutum de tempore iudicij, tum particularis, tum vniuerſalis. Sed demus ipſum de priore quoque aduentu, & perfecto Meſſiæ officio quo fungi incœpit iam inde ab hoc aduentu, eſſe locutum. quid? nihilne hîc reſtabit quo probemus eſſe purgatorium? Imò verò plurimum. vel illud enim, Et ſedebit conflans & emundans quaſi argentum, & colabit eos ſicut colatur aurum & argentum, ſignificat non qualemcunque bonorum mundationem, ſed etiam abſolutam & perfectam purgationem: vel ob id quòd huiuſmodi eſſe ſoleant quæ cum otio & ſedato animo à nobis fiunt. Porrò res ipſa loquitur[12] multos bonos quibuſdam maculis contaminatos, ſiue ſcoria inquinatos, excedere è vita. nec vlli hæretici iſtud inficiari poſſunt; quippe qui omnes tradunt optima quæque fidelium opera eſſe peccata, omneſq; quantumcunque bonos, & quantumcunq; tectos illa ab ipſis cõficta iuſtitiæ Chriſti chlamyde, nihilominus remanere immundos: ſuntque verba, ſedebit, purgabit, colabit, poſita abſque limitatione temporis.[13] Igitur Propheta complexus fuerit etiam purgationem quæ fit in futuro ſæculo: in quo certum eſt Deum reddere vnicuique ſecundũ opera ſua. Quare ſiue dicamus cum[13] Hieronymo, Prophetam de vtroque Chriſti aduentu eſſe locutum: ſiue (quod probabilius eſt) hæc eius verba ſolùm referamus ad poſteriorem aduentum cum[14] Auguſtino,[15] Cyrillo Ieroſolymitano,[16] Origene: relinquitur Deum remittere & purgare peccata in futuro ſæculo: eſſe aliquos qui purgentur in futuro ſæculo: iſtic eſſe pœnas purgatorias: iſtic eſſe locum purgatorium. Et erimus ſcilicet vſqueadeò imprudentes, vt credamus purgatorium eſſe excogitatum ſine verbo Dei, quia hæretici id vociferantur. Chriſtus vna hac[17] ſcriptura, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob,[18] probat Sadducæis reſurrectionem mortuorum,

12 Vide ſuprà, ſect. 28.

13 In c. 4. Iſa. ad verba, Si abluerit, & in c. 3. Malach. ad verba, Ecce venit, dicit Dominus exercituum

14 Lib. 20. De ciuitate Dei, c. 25. & 26.

15 Catech 15.

16 Homilia 9. in Ioan.

Quã graue ſit hæreticorũ peccatũ tradẽtium purgatoriũ eſſe excogitatũ ſine verbo Dei, & alia multa huius generis.

17 Exod. 3.

18 Matth. 20. & Marc. 12.

rum,

rum, ait eam loqui de resurrectione mortuorum,[19] pronuntiat Moysem hac scriptura ostendere quòd mortui resurgant, ea[20] obturat os Sadducęis, quantumuis expreßè non meminisset resurrectionis mortuorum. ad quem modum, etiam si solam haberemus illam scripturam Matth. c. 12. rectè diceremus eam loqui de purgatorio, eamq; probare & ostendere purgatoriũ. Nunc verò cùm aliis plurimis scripturis vtriusq; Testaméti, tum generalibus, tum specialibus, constet Deum remittere & purgare quædam peccata in futuro sæculo, in eaque animaduertere pœna temporaria: quantæ est siue inscitiæ, siue malitię, inculcare rudibus purgatorium sine verbo Dei curiosa audacique temeritate esse excogitatum, aliaque huius generis mendacia quæ[21] antè memorauimus? Sed pergamus ad[22] alterum Purgatorij fontem.

19 Lucæ 20.

20 Matt. 22.

21 Sect. 21.

22 Vide suprà sect. 25.

33 SACRÆ[1] scripturæ testantur Deum vti disciplina & castigatione erga eos qui semel recepti in eius gratiam, ipsum postea offenderunt. vsusque huius disciplinæ bipartitus est. siquidem Deus sæpius[2] peccatores antè castigat, quàm eos iterum in gratiam recipiat. sæpissimè verò castigat eos posteaquam recepit in gratiam. Verùm prior castigationis modus parum ad id quod agimus pertinet. Nostra verò hîc maximè interest, vt plenè cognoscamus Deum remisso peccato, seu (vt apertissime loquamur) remissa peccati culpa, non semper remittere omnem pœnam, sed sæpissime castigare culpam remissam pœna temporaria, vel huius sæculi, vel (quod frequentissimè accidit) futuri. quod vt perspectum habeamus, quædam sunt altiùs repetenda de remissione peccati siue culpæ, & pœnarum peccato debitarum. exierunt enim multi pseudoprophetæ in mundum: quorum[3] alij quidem agnoscunt Deum quandoque animaduertere temporali huius vitę pœna in eos qui peccauerunt, etiam post

1 Prouerb. 3. Heb. 12. & aliis locis.

2 Leuit. 26. Oseæ 6. & aliis locis.

Quòd Deus remisso peccato nõ semper remittat omnẽ pœnã: sed sæpißimè castiget fideles post peccatorum remißionem temporali huius vel futuri sæculi pœna.

3 Nominatim Philippus Melanchthõ in locis cõmunibus.

4 Omnes hęretici huius sæculi.

post remiſſionem peccatorum: ſed[4] inficiantur eum vnquam vindicare peccata remiſſa temporaria futuri ſæculi pœna. Caluinus verò quia videbat priore membro conceſſo, multò magis hoc alterum, quod acerbiſſimè oderat, eſſe concedendum, ad iſtud quoque negandum vanis quibuſdam argumentis[5] aggreſſus eſt. quibus paratè reſpondebit, qui cognita habuerit quæ intelligentiæ axiomatum eccleſiaſticorum ſunt neceſſaria. Inter quę ſcienti aliud propriè eſſe peccatum ſeu culpam, aliud pœnam peccato debitam, hoc primo occurrit, quòd Deus quum peccata remittit, ea penitus abolet: quippe qui[6] lauat &[7] mundat nos ab omnibus iniquitatibus noſtris:[8] ſanat omnes infirmitates noſtras: aufert, longè à nobis facit, tam longè, inquam, quàm diſtat Ortus ab Occidente,[9] deponit omnes iniquitates noſtras: proiicit in profundum maris omnia peccata noſtra: delet[10] vt nubem iniquitates noſtras, & quaſi nebulam peccata noſtra: ea,[11] etiam ſi ſint ſimilia coccino, dealbat vt niuem: ea, licet ſint rubra ſicut vermiculus, velut lanam alba facit. Cui proximum eſt quòd Deus quoties peccata remittit, toties vnà etiam deponit inimicitias quas peccando contraximus cum eo: nobis reconciliatur; remittit pœnam, ſeu mortem æternam, & reliqua omnia quæ non conſiſtunt cum amicitia ſua. Cuius generis ſunt perpetuum exilium à facie ſua & ſocietate ſanctorum, deſperatio, odium ſui, & alia huiuſmodi. His ordine ſuccedit, quòd Deus ſępius cum remiſſione culpæ & pœnæ æternæ omnem quoque aliam pœnam culpæ debitam remittit. Sed quòd is quoties remittit peccatum, toties etiam vnà remittat omnem pœnam, vſqueadeò ſemper alienum fuit à ſententia eccleſiæ Dei, vt etiam domus Iacob ſenſerit ipſum ſæpius vindicare peccata remiſſa pœnis temporalibus. Prætereat totum illud[12] longum tempus quod intercesſit inter vendi-

5 Inſtit. lib. 3. c 4. ſect. 29. & ſequentibus vſque ad ſect. 35.

Quòd Deus remittendo peccatum, id penitus aboleat

6 Ezech. 16.
7 Ezech. 24.
8 Pſal. 102.
9 Mich. 7.
10 Iſa. 44.
11 Iſai. 1.

Remiſſionē quarundam pœnarum ſemper comitari remiſſionem culpæ.

Quòd Deus remittēdo peccatū ſæpiùs omnem quoq;, etiā tēporalē pœnam remittat.

12 Geneſ. 37. 39. & 40.

Quòd Deus remiſſo peccato nō ſemper remittat omnē pœnam: ſed ſæpius ani-

venditionem Ioſeph & ſomnium pincernæ Pharaonis: *maduertat temporali huius ſæculi pœna in eos quos recipit in gratiam.*
elapſi[13] quoque erant duo anni poſt reſtitutionem huius pincernę in ſtatum priſtinum:[14] effluxerant etiam ſeptem anni fertilitatis, & duo[15] alij famis, quum Ioſeph ſe agnoſcendum fratribus præbuit. quis autem credat filios Iacob, eccleſiam, inquam, Dei, toto hoc longiſſimo tempore nunquam pœnituiſſe tanti ſceleris quod in fratrem patrarant? & tamen[16] iidem redeunte ad detentionem Simeonis in memoriam huius ſceleris magnitudine, exiſtimant & fatentur ſe propter id plecti. idemq; etiam Ruben & Iudas agnoſcunt. nunquid non ([17] inquit ille) dixi vobis, nolite peccare in puerum? en ſanguis eius requiritur: & hic, Deus, [18] inquit, inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum. extantque in vtroque Teſtamento multiplicia, eaq; maximè illuſtria exempla, quibus clariſſimè conſtat Deum remiſſa culpa ſæpius animaduertere pœna huius ſæculi in eos quos recipit in gratiam: tantum abeſt verum vt ſit quod [19] Caluinus ſcribit, Catholicos ab vnico exemplo regulam conficere. Imò ipſæ ſcripturæ regulas produnt huc ſpectantes. Primi parentes noſtri[20] educti fuerunt ex ſuo delicto: & nihilominus pertulerunt huius mundi[21] labores, ærumnas, [22] mortem. & non infideles modò, ſed fideles quoque, quibus vtique peccatum originale eſt remiſſum, conflictantur omnibus huius ſæculi pœnis, quibus Deus[23] Adam, & omnes[24] qui in eo peccauerunt mulctauit. Deus[25] precibus Moſis reconciliatus eſt populo Iſrael poſt idololatriam vituli: & tamen ait, Ego autem in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Deus[26] placatur Mariæ quę contra fratrem Moyſem murmurauerat, & nihilominus iubet eam excludi extra caſtra ſeptem diebus. Idem[27] remittit peccatum murmurationis populo Iſrael ad Moyſis preces, quibus eum orauerat vt remitteret peccatum populi ſecundum multitudinem

13 Geneſ. 41.
14 Geneſ. 41.
15 Geneſ. 45.
16 Geneſ. 42.
17 Geneſ. 42.
18 Geneſ. 44.
19 Inſtit. lib. 3. c. 4. ſect. 35. in fine.
20 Sap. 1. & vide Veteres qui ſcripſerunt contra Tatianū ſalutẽ primorū Parentū cōtradicentem.
21 Geneſ. 3.
22 Geneſ. 5.
23 Geneſ. 3.
24 Rom. 5.
25 Exod. 32.
26 Num. 12.
27 Num. 14.

tudinem misericordiæ suæ, sicut propitius fuerat egredientibus de Ægypto vsque ad locum istum: peccatum, inquam, & non solùm comminatam peccati pœnam, de cuius proculdubiò remissione minus Moyses solicitus fuit, quàm de peccati abolitione: & tamen audit à Domino: attamen omnes homines qui viderunt Maiestatem meam & signa quæ feci in Ægypto & solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorum; nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. & paulò post: quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem

28 Num. 20. & Deuter. 1. meam. Moyses[28] & Aaron peccant ad aquas contradictionis, eisq; Deus hoc peccatum ante mortem remittit: sed

29 Num. 20. & Deuter. 34. [29] iidem nihilominus in pœnam huius peccati antè moriuntur quàm introducant populum in terram promis-

30 Num. 25. sionis. Filij [30] Israel peccant in Beel-phegor, & Phinees fa-

31 Iosue 22. cto suo peccatum eorum expiat: sed tamen [31] huius sceleris macula permanet etiam post diuisionem terræ Chanaan; putâ, in sua pœna. nam si Spiritus sanctus tantum respexisset ad memoriam quæ nondum esset sepulta, non esset additum, multique de populo corruerunt: siue (vt alij transferunt) & tamen fuit plaga in cœtu Iehouæ.

32 1. Reg. 2. & 3. Heli[32] patientissimè audit & fert minas Dei grauissima sibi & suis comminantis propter peccata filiorum: idem

33 1. Reg. 4. [33] tamen interfectis duobus filiis cadit de sella retrorsùm, & fractis ceruicibus moritur. Et de Samuele, Moyse,

34 Psal. 98. Aarone scriptum est in libro [34] Psalmorum: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones, siue in omnia studia eorum. De his namq; proximè expressa facta est mentio; non de filiis Israel rebellantibus contra eos. nec particula *al* sinit vt istud intelligamus de assertione bonorum studiorum istorum per vindictam malorum. Dauid (quod exemplum Caluinus solum memorat)

rat) tametsi [35] audierat Dominum transtulisse peccatum suum, [36] quantas nihilominus ærumnas propter hoc peccatum postea pertulit? primùm moritur infans, stupratur deinde filia, stuprum filij cædes sequitur, mouetur post hæc seditio à filio, constuprantur coniuges, interficiuntur ciues, Pater pellitur. Sic [37] Sampson, [38] Ozias, [39] Iosias, [40] Daniel, [41] tres pueri, [42] fratres Machabæi, puniti sunt temporalibus huius sæculi pœnis propter sua peccata. In nouo autem Testamēto [43] Lazarus recipit mala in vita sua. quidam [44] Corinthij, quia non diiudicabant corpus Domini, iudicantur, id est, puniuntur nō solùm morbis, sed etiam morte, ne cum hoc mundo damnentur. ex quo colligimus antè pœnituisse quàm morerentur. [45] Thessalonicenses sustinent tribulationes in exemplum siue ostēsionem iusti iudicij Dei. postremò [46] Hebræi rapinam bonorum suorum dum propter Christum sustinent, castigantur à Domino. Neque hæc cuiquam mira videri debent. Scriptum [47] namq; est: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Quē [48] diligit Dominus, corripit, seu castigat: [49] flagellat autem omnem filium quem recipit. [50] tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei. Ex quorum locorum cum aliis collatione, certò colligimus, quòd Deus dicitur [51] in scripturis non recordari iniquitatum, id semper quidem significare eum penitus abolere peccata, ita vt eorum macula non extet in animis nostris: & consequenter quoque nō magis in nos hostili esse animo, quàm si nunquam ea commisissemus, ipsum non addicturum nos morti æternæ, sed donaturum vita ęterna, iuxta illam [52] Ezechielis explicationē, Vita viuet, & nō morietur. Verùm non

35 2.Reg.12.
36 2.Reg.12. 13.15.16.&18.
37 Iudic. 16.
38 4.Reg.15. & 2.Paral. 26.
39 4.Reg.23.
40 Daniel. 9.
41 Daniel 3.
42 2.Mach.7.
43 Lucæ 16.
44 1.Cor.11.
45 2.Thess.1.
46 Hebr. 12.
47 Psalm.88.
48 Prouer. 3.
49 Hebr. 12.
50 1.Pet.4.

Vera intelligētia eius q Deus dicitur non recordari iniquitatum.

51 Iere.31. Ezech. 18. & aliis locis.
52 cap.18.

ſemper ſignificare ipſum non recordaturum, vt puniat
53 Rom. 8. pœna aliqua temporali. Licet enim [53]nihil ſit damnatio-
54 1. Tim. 5. nis (putâ, de qua ſcriptum eſt, [54] habentes damnationem:
55 Marc. vlt. cap. &, [55]qui verò non crediderit, condemnabitur) iis qui ſunt
in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant:
tamen ſępius aliquid eſt caſtigationis iis qui ſunt in Chri-
ſto Ieſu, quia ſecundum carnem ambulauerunt. caſtiga-
tio namque paterna & purgatio per pœnas temporales
conſiſtunt cum Dei amicitia, imò ab amore proficiſcun-
56 Ezech. 18. tur. Sicut e-contra, quod [56]Deus dicitur, ſi iuſtus diſceſſe-
rit à iuſtitia, & fecerit iniquitatem, nõ recordari omnium
iuſtitiarum eius; ſemper intelligitur, vt ea remuneret vi-
ta æterna; iuxta hanc eiuſdem expoſitionem, in præuari-
catione in qua præuaricatus eſt, & in peccato ſuo in quo
peccauit, in ipſis morietur: non ęquè verò, vt nullam om-
ninò priorum bonorum operum rationem habeat; quip-
57 Hebr. 6. pe qui vſqueadeò non eſt [57]iniuſtus, vt obliuiſcatur operis
58 Ezech. 29. boni, vt [58] qualemcunque Nabuchodonoſor & exercitus
eius obedientiam in euertenda Tyro compenſet terra &
ſpoliis Ægypti. Nec refert quòd Deus in his caſtigationi-
bus ſpectet etiam ad vlteriorẽ finem; putâ, exempli cau-
ſa, vt filios ſuos in poſterum cautiores reddat: quodque eæ
ſint iuſtis etiam exercitia virtutum, & cedant in vtilita-
tem electorum: quia non propterea amittunt rationem
pœnæ ſiue punitionis, & vera ſunt, etiam in iſtis, ſupplicia
peccati, ſiue originalis, ſiue proprij. nam quod attinet ad

Vlteriores fines ad quos Deus refert pœnas peccatorũ antea remiſſorum, nõ obſtare quin eæ retineant rationem punitionũ & ſuppliciorũ.

59 Eccleſ. 41. prius, ſcriptura fideles alloquens [59] vtitur nomine iudicij
in morte, & ait hoc iudicium eſſe à Domino omni car-
60 Eccleſ. 40. ni; bonæ, inquam, & malæ: vocat [60] pœnas huius ſæculi
abſque diſtinctione nõ renatorum à renatis, graue iugum
61 Rom. 7. ſuper filios Adam: [61] appellat concupiſcentiam, etiam in
renatis, peccatum, eo quòd peccato facta ſit pœna pecca-
62 1. Cor. 15. ti: [62]innuit mortem obtinere victoriam in renatis vſque ad
reſur-

reſurrectionem: [63] docet generaliter corpus quod corrumpitur aggrauare animam, & terrenam habitationem deprimere mentem multa cogitantem; & conſequenter ignorantiam & tenebras in quibus verſamur, eſſe, etiam in iuſtis, pœnas ſiue punitiones originalis peccati. Quòd verò pertinet ad propria peccata, idem etiam apertiſſimè docent particulæ exceptiuæ, & cauſales, quæ paſſim occurrunt in his punitionibus: nominatim Num. 14. & 20. & 2. Reg. 12. item nomina [64] caſtigationis ſiue flagellationis, [65] viſitationis in virga, [66] receptionis, [67] iudicij, [68] vltionis, [69] iræ, etiam erga ſanctos. item quòd ſancti profitentur ſe iuſtè puniri propter peccata ſua: vt [70] Dauid, vt [71] Thobias, vt [72] Azarias, vt [73] Daniel, vt [74] ſextus & ſeptimus martyr Machabæus. Vnde & veteres Eccleſiaſtici Scriptores paſſim tradũt, afflictiones etiam iuſtorum eſſe pœnas quæ infligantur propter peccata. nominatim Auguſtinus lib. 1. De ciuit. Dei, c. 8. & 9. & lib. 2. De peccatorum meritis & remiſſione, cap. 16. & in commẽtariis in Pſal. 50. ad verba, Amplius laua me: & Chryſoſtomus Homil. 26. in Geneſim. quibus locis etiam inſtruimur ad intelligentiã eius quod hic [75] alibi ait, Deum non de peccatis pœnam ſumere, ſed ad futura nos corrigere: & [76] ille eodem de peccatorum meritis libro ſcribit, ante remiſſionem eſſe ſupplicia peccatorum: poſt remiſſionem autem eſſe certamina exercitationeſque virtutum: eò quòd ex eis manifeſtum ſit, ſubaudiendam eſſe particulam, tantùm, ad inſtar [77] quorundam locorum ſcripturæ, in quibus ea intelligitur. Quæ cùm ſint clariſſima, fruſtra ſe Caluinus [78] torſit in excogitandis diſtinctionibus plenis errorum, quæ inter cætera docerent (quod nemo negat) Deum ſpectare ad vtilitatem electorum, cùm eos hîc punit. Quæſtio enim eſt, an Deus etiam cùm bonos in vtilitatem eorum exercet pœnis tempo-

63 Sapien. 9.
64 Prouer. 3. Hebr. 12. & 1. Petri 4.
65 Pſal. 88.
66 Num. 14. & Lucæ 16.
67 1. Cor. 11. 2. Theſſ. 1. & 1. Pet. 4.
68 Pſal. 98.
69 Iob 19. Iſai. 12. Abacuc 3. Thob. 3.
70 2. Reg. 24.
71 Thob. 3.
72 Daniel. 4.
73 Daniel. 9.
74 2. Mach. 7.
75 In ſermo. De pœnitentia & confeſſione.
76 cap. 3.
77 Nominatim Epheſ. 6.
Vanus Caluini labor.
78 Inſtit. lib. 3 c. 4. ſect. 32. & 34.

temporalibus, non id iustè quoque faciat quia peccauerunt, siue vt puniat peccata? estque eius decisio vsqueadeò aperta, vt ipsemet Caluinus[79] aliis locis agnoscat quod in Institutione negat. Nam ne Patres quidem carnis nostrę filios eo tantùm fine sint castigaturi, vt videant ne cadant, nisi meriti sint vt castigentur. respiciunt enim ad peccatum præteritum, hoc est, eos castigant, quia castigatione digni sunt propter peccatum, etiam cùm spectant ad hunc vlteriorem finem.

79 In cõmentariis in c. 32. Exodi, ad verba, Ego autem in die visitationis: & in c. 22. Nume. ad verba, Dixit Iehoua ad Mosem.

Quòd rectè simul consistant Christũ pertulisse pœnas peccatis nostris debitas, & nihilominus Deũ pœnas temporarias à nobis propter peccata reposcere.

34 QVOD si quis non capiat quî fiat vt cùm Christus pertulerit pœnas peccatis nostris debitas, Deus nihilominus aliquas à nobis reposcat: imbecillitas intellectus ipsius non faciet irritum, quod is tot tantisque scripturis patefecit esse verum. pertinetque expositio huius difficultatis ad tractatum de redemptione generis humani per Iesum Christum Dominum nostrum. Verùm quia ingentes illæ[1] hæreticorum calumnię hîc obterẽdę, quòd Purgatoriũ crucẽ Christi euacuet, quòd sit horribilis in Christum blasphemia, quòd contumeliam Dei gratiæ non ferendam irroget, & aliæ eiusdem generis, quibus simplicium de Purgatorio sententiam concutere conantur, hinc proficiscuntur, quod non intelligunt, vel intelligere nolunt, quomodo hæc simul rectè consistant: quædam illius loci propria sunt hîc breuiter repetenda. Iesus Christus[2] mortuus est, siue[3] gustauit mortem, pro omnibus, teste Paulo: idemque[4] dicitur à Ioanne Apostolo esse propitiatio pro peccatis totius mundi. quæ propitiatio manifestè[5] describitur facta per ἀπολύτρωσιν, id est, per redemptionem quæ fit persoluto pro capite captiui pretio. Igitur Christus persoluit pretium pro redemptione totius mundi: & sicut dicitur propitiatio pro peccatis totius mundi; ita etiam est ἀντίλυτρον, id est, pretium pro redemptione totius mundi, seu (vt[6] Paulus ait), pro

1 Vide suprà, sect. 21.

Fons ingentium aliquot calumniarum contra Purgatorium.

2 2. Cor. 5.
3 Heb. 2.
4 1. Ioan. 2.

5 Rom. 3. 1. Corinth. 1. Ephes. 1. Coloss. 1.

6 1. Tim. 2.

pro omnibus: quia pertulit pœnas & mortem pro omnibus. Disciplina enim pacis nostræ (id est, necessaria conficiendæ paci inter Deum & homines) fuit super eum, inquit[7] Isaias. ipse pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum, ait[8] Petrus: hoc est, peccatorum nostrorum pœnas, seu pœnas nostris peccatis debitas. peccatum namque[9] quandoque ponitur pro peccati pœna. Ipse est agnus qui tollit peccata (infinitè, hoc est, omnia peccata) mundi, teste[10] Ioanne. Sed his non obstantibus, longè[11] maxima pars mundi luit in profundo inferni commissa pœnis æternis: tanto autem grauius est luere isthic has pœnas, quàm temporarias, siue in hoc, siue in futuro sæculo: quanto æternum præponderat temporali, & illæ pœnæ his sunt intolerabiliores. ideoque si iniuriosum esset in Dei gratiam & Christi sanguinem, quòd quis lueret pœnas temporarias, siue ante, siue post remissionem peccati (eadem enim est vtriusque quod ad istud attinet ratio) infinitis partibus magis iniuriosum esset in Deum & Christum, quòd damnati crederentur iuxta scripturas luere pœnas æternas. nam si quis excipiat hos meritò plecti pœnis æternis, propterea quòd sint transgressi mandata Dei, & non egerint pœnitentiam: & nos ei regeremus istos quoque pœnis temporariis iure puniri, propterea quòd cùm recepti in Dei gratiam, præcepta eius essent transgressi, non repræsentarint ea quibus Deo placuit aboleri obligationem ad pœnas temporarias. Et quidem vtraque ratio vera est: sed neutra perrumpit præsentem difficultatem. Nam cùm Christus pertulerit peccata totius mundi, & consequenter etiam hæc peccata propter quæ & illi æternis, & isti pœnis temporariis puniuntur, neutra responsione tollitur proposita difficultas, cuius solutio sita est non in negatione pœnarum & punitionũ, siue temporalium, siue æternarum, de quibus clarissimè

7 cap. 53.

8 1. Petri 2.

9 Vide Augustinum in libr. Locutionũ Leuitici, c. 20. ad verba, Peccatũ suum accipiét. & in lib. cõtra mendaciũ, c. 15.

10 Ioan. 1.

11 Matt. 7. & aliis locis.

Solutio huius difficultatis in quo sit sita.

constat

constat ex scripturis, atque adeò experientia: sed in eo vt rectè intelligamus quo sensu verum sit, Christum tulisse peccata, id est, pœnas peccatorum mundi. In huius namqué intelligentia grauiter peccatur ab hæreticis; non solùm quia sunt qui volunt Christum pertulisse etiam futuri sæculi pœnas, quarum mundus reus erat: quem errorem [11] infrà suo loco confutabimus: verùm etiam quia plerique istud perinde hîc vrgent, ac si Christus efficaciter, siue (vt ita dicam) effectualiter & simpliciter debitas omnibus peccatis pœnas pertulisset. quod si verum esset, Deus iniustè quamuis pœnam à quibusuis hominibus repeteret, vt cui semel facta fuisset solutio omnium pœnarum debitarum. Verùm res-ipsa nos ad eum sensum vocat, quo intelligitur esse mortuus pro omnibus, & esse propitiatio totius mundi. Sicut enim hæc scripta sunt, non vt significent eius mortē omnibus prodesse, ipsumq; reddidisse Deum Patrem omnibus re-ipsa propitium: sed vt significent hoc sacrificium sufficiens fuisse, vt eo omnes homines seruarentur, neque per huius sacrificij insufficientiam stare, quòd non omnes seruentur & Deo reconcilientur: ipsum enim tantum sacrificium obtulisse quantum sufficiebat vt Pater omnibus hominibus reconciliaretur, omnesque homines seruaret: cæterùm in huius arbitratu reliquisse quibus, & quatenus, & quomodo prodesset, iuxta [13] illud Christi verbum, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam: ita intelligendus est tulisse peccata mundi, & esse ἀντίλυτρον pro omnibus, quia pœna quam pertulit, pręponderauit pœnis quas omnium hominum peccata merentur, neque per pretij vilitatem, vel inęqualitatem accidit quòd quidam luant pœnas, siue æternas, siue temporales: eum enim luisse pœnas sufficientes abolendis omnibus aliis pœnis. cæterùm Patris arbitrij esse voluisse, vt hanc solutionem acceptaret, pro

quibus

[11] Sectione 50. & 52.

Quo sensu Christus dicatur pertulisse peccata, id est, pœnas peccatorum mundi.

[13] Ioan. 17.

quibus vellet, & eatenus, & quomodo vellet. Is autem pœnam & mortem eius tantùm voluit esse efficaces pro multis: idq́ue eatenus tantùm atque eo modo, quatenus & quomodo honori suo & ecclesiæ suæ vtilitati iudicauit esse optimè consultum. vnde Christus dicitur aliis locis venisse [14] vt daret animam suam in redemptionem pro multis, effudisse [15] sanguinem pro multis, tulisse [16] peccata multorum. Ex sacris porrò scripturis manifestè cognoscimus, Deum Patrem iudicasse indignos quibus passio & mors filij sui prodesset ad redemptionem, impœnitẽtes, infideles, inobedientes, & in summa, omnes reprobos pro quorum proinde pœnis æternis non in solutum accepit pretium ab eo oblatum. Quinetiam ex eis intelligimus ipsum iis qui se in familiam Christi sui conferrent per [17] martyrium, per [18] baptismum, per [19] fidem, indulgentem esse vsque ad remissionem culpæ & omnis pœnæ futuri sæculi. cuius indulgentiæ insigne specimen [20] apparet in illo latrone, Christi à familiaribus quoque deserti aduocato, & inter infestissimos inimicos confessore regni ipsius, quod prætextus erat mortis eius. ideoque certum est, Deum acceptasse mortem filij sui ad remissionem omnis culpæ istorum, & omnis pœnæ futuri sæculi ei debitæ. Postremò in eisdem deprehendimus Deum, licet ne iis quidem neget veniam culpæ & mortis æternæ qui semel in familiam suam admissi & huius indulgentię participes facti, postea ipsum offenderũt, si peccatorum suorum pœnitentiam egerint: tamen ipsis regulariter non remittere omnem pœnam, sed regulariter exigere ab eis pœnas temporarias: tum propter ingratitudinem & rei indignitatem (quam [21] Paulus graphicè exponit in epistola ad Hebræos) tum quia iudicauit [22] expedire, vt extaret disciplina in ecclesia sua, cuius timore filij sui continerentur in officio. pro cuius proinde abolitione noluit

14 Matt. 20.
15 Matt. 26.
16 Isai. 53.
17 Matth. 10.
18 Rom. 6. & Tit. 3.
19 Ioan. 3. Rom. 10.
20 Luc. 23.
21 c. 6. & 10.
22 Prouer. 3. Heb. 12. & alíis locis.

pœnam filij ſui eſſe efficacem,niſi hactenus vt hæc diſciplina poſſet eis prodeſſe,vtq; iidem eam effugere poſſent laborioſiori pœnitentia,& modis à ſe in ſcriptura patefactis. Nempe Deus valde pronus eſt ad recipiendum in gratiam omnes peccatores, etiam eos qui participes fuerunt gratiæ ipſius,& ad dandum ipſis remiſſionem peccatorum & iuſtificationem. quod Chriſtus non verbis modò,ſed parabolis quoque,& exemplis docuit: nominatim [23]Publicani illius humilis, & filij [24] prodigi redeuntis ad patrem. eo namque vtrunque eſſe proditum, manifeſtum eſt: illud quidem ex verbis,Dico vobis, deſcendit hic iuſtificatus in domum ſuam ab illo: hoc verò ex concluſione,Epulari autem & gaudere oportebat,quia frater tuus hic mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Quo autem is ad hæc largienda eſt pronior,eo magis noſtra intererat eum vti diſciplina ſeu caſtigatione, ne filij tanta eius indulgentia abuterētur:quia magna indulgentia ſolet eſſe magna illecebra peccandi. Per timorem verò Domini declinat (inquit [25] Salomon) omnis à malo: bonus,inquam,& malus. quamuis enim par eſſet omnes filios Dei eo ſpiritu eſſe præditos,vt ſola tanti Patris reuerentia, ſeu ſolo timore paterno continerentur in officio: tamen qui nouit fragilitatem figmenti ſui Deus, iudicauit ex re ipſorum eſſe,vt alio quoque timore continerentur in officio: non illo ſeruili,qui in [26]filios non quadrat; ſed eo quo filij eius ipſum timent non ſolum tanquam Patrem, ſed etiam tanquam[27]Dominum, & iuſtum iudicem ac vindicem peccatorum: ſeu tanquam patrem qui iudicat ſine perſonarum reſpectu, & reddit vnicuique ſecundum opera ſua. de quo [28] Petrus ait: Et ſi Patrem inuocatis eum qui ſine perſonarum acceptione iudicat, in timore incolatus veſtri tempore conuerſamini. Itaque quæcunque ab hæreticis dicuntur in purgatorium, quaſi id ſit

Diſciplinã neceſſariam fuiſſe in Eccleſia.

23 Luc. 18.
24 Luc. 15.
25 Prou. 15.
26 Rom. 8.
27 Matt. 10. 1. Cor. 5. Apoc. 14. & aliis locis.
28 1. Petri 1.

id ſit iniurioſum in Dei gratiam & Chriſti ſanguinem, ſunt puræ putæ calumniæ, appetentes etiam quamuis huius ſæculi caſtigationem: imò & pœnas damnatorum. & quod agunt, re-vera plurimum facit ad contemptum gratiæ Dei & profanationem ſanguinis Chriſti.

Quòd Deus remiſſa in hoc ſæculo culpa, ſæpiùs temporaria futuri ſæculi pœna animaduertat in eos quos recepit in gratiã. ex quo clariſſimè ſequitur eſſe Purgatoriũ.

35 SED tempus eſt vt oſtendamus Deum, remiſſa in hoc ſæculo culpa, ſæpius animaduertere temporaria futuri ſæculi pœna in eos quos recepit in gratiam. Id autem probatur multis, iiſq́; firmis argumentis ex ſcriptura ſumptis. Etenim, vt ordiamur à pœna quam vocant damni, omnes iuſti (quibus vtique peccatum originale fuerat remiſſum) exulauerunt in inferno, procul à cælo, priuati conſpectu Dei vſque ad deſcenſum Chriſti ad inferos: vt ſupra[1] oſtendimus, & [2] infra iterum probabimus. & tum in his, tum in aliis quoque dormientibus mors victorioſa eſt vſque ad reſurrectionem. cùm enim mortale hoc induerit immortalitatem, tunc (inquit [3] Paulus, non antè) fiet ſermo qui [4] ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria. vbi eſt mors victoria tua? Si verò Deus vſqueadeò ſeuerè animaduertit in iuſtos propter ſolum originale peccatum: quanto magis exiſtimandus eſt grauiore futuri ſæculi pœna animaduertere in aliquos ob propria crimina quæ poſt impetratam peccatorum remiſſionem commiſerunt? & ſi quoſdam iuſtos punit in hoc ſæculo pœna quam vocant ſenſus propter peccata: an non quoſdam quoque iuſtos eadem pœnæ ſpecie puniet eadem ex cauſa in futuro ſæculo? Dei namque diſciplina ſeu caſtigatio debuit eſſe communis omnium qui ſunt de eius familia: tum quia non eſt [5] acceptio perſonarum apud Deum: tum quia alioqui ſpes ſupereſſet impunitatis, quæ coniuncta cum fauore quo nobis-ipſis naturaliter fauemus, excluderet in pleriſque timorem huius diſciplinæ, vnoquoq; præſumente ſe futurum de numero impunitorum. Atqui

1 Sect. 15.
2 Sect. 41.
3 1. Cor. 15.
4 Oſeæ 13.
5 2. Paral. 19. Rom. 2. Coloſ. 3. 1 Petri 1.

multum abest, vt hæc disciplina sit in hoc sęculo communis omnibus peccatoribus qui recipiuntur. Igitur ea habet locum in futuro sæculo in his qui hîc non castigãtur à Deo. Sed præstat vt formemus hoc argumentum verbis scripturæ: Quem diligit Dominus (inquit infinitè

6 Prouerb. 3. 7 Heb. 12. post[6] Salomonem[7] Paulus) castigat. cui est additũ cum vniuersali particula, flagellat autem omnem filium quem recipit. quod tectè significat sermonem esse de filio qui antea discesserit à Deo per peccatum. & ne temerè restringeremus vniuersalem particulam, adiectum est, Quis enim est filius quem non corripit pater? quod si extra disciplinam estis (cuius participes facti sunt omnes) ergo spurij, & non filij estis. Atqui non omnes filij qui recipiuntur, participes sunt disciplinæ Dei in hoc sæculo: siue Deus non flagellat in hoc sæculo omnes filios quos recipit: nominatim eos quos antea non flagellatos ob certa crimina in vltimo vitæ articulo recipit. igitur flagellat in futuro sæculo quosdam filios quos recipit: siue quidam iusti sunt participes disciplinæ & castigationis Dei in fu-

8 Vide suprà, sect. 33. turo sæculo. [8] Primaria & originalis causa castigationis filiorum Dei in hoc sæculo est iustitia Dei condemnantis peccatum pœna temporaria. quod inter alios Petrus si-

9 1. Petr. 4. gnificat[9] cùm ait: Tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei. cæteræ verò causæ à Dei misericordia proficiscuntur referẽte pœnas in vtilitatem suorum. Inter quas licet illa non habeat locum in futuro sæculo (sicut nec in isto habuit in morte Mosis & Aaronis extra terram promissionis) qua Deo studium est ipsos cautiores reddere, ne postea se amplius offendant: tamen & antea habuit locum in ipsis: quippe qui fide prospicientes has pœnas debuerant curasse ne Deum offenderent: & habet etiam istic locum in aliis qui istorum exemplo (quod fide intuentur) cautiores fiunt. Et vt hæ rationes non haberent

locum

locum in futuro sæculo, primaria tamen illa ratio perdurat in eo. idque tanto magis, quanto iustitia Dei pleniùs istic ius suum exerit. non enim hîc[10] est retributio malignitatis aut virtutis. & si quando id contingit, fit ad aliquo modo declarandum quòd Deus curet res humanas. nunc[11] præcipuè tempus est misericordiæ & dispensationis gratiarum. postea[12] verò fit reuelatio iusti iudicij Dei. Igitur disciplina seu castigatio filiorum Dei tanto magis habet locum in futuro sæculo quàm in isto, quanto futurum sæculum peculiarius destinatum est iustitiæ Dei. Formarique potest hoc quoque argumentum scripturæ verbis eo pacto. [13] Iudicium (hoc est, condemnatio ac punitio peccati) incipit hîc à domo Dei (hoc est, à fidelibus) non verò perficitur, ne in domo quidem Dei, quod attinet ad omnes fideles, ad omnia eorum peccata, ad exactam omnium punitionem. Igitur iudicium (id est, condemnatio & punitio peccati) quod ad istorum considerationem attinet, fit in futuro sęculo, etiam in domo Dei. Certè enim tum Petrus hîc, tum Paulus, quo[14] loco tractat de disciplina filiorum Dei, loquuntur non de vulgaribus & omnium fidelium communibus tentationibus: sed de peculiaribus castigationibus, & propriis filiorũ qui à Deo discesserunt, quarum manifestum est plerosque fidelium hîc esse expertes. neque obscurum est Deum in hoc sæculo non adducere, sed[15] adducturum in futuro sęculo omnia in iudicium: eumque non permissurum vt[16] quippiam inultum abeat. vnde etiam Iob[17] verebatur omnia opera sua, sciens quòd Deus non parceret delinquenti. quinetiam constat quòd quos & quæ Deus hic punit, plerumque non ad plenum puniat, [18] magisque hîc esse quendam velut gustum iudicij, quàm exactum iudicium: quia (vt in libro[19] Iob scriptum est) Omnipotens nunc non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus

10 Vide Chrysostomum homil. 5. in epist. ad Hebr.

11 Rom. 2. 2. Cor. 6. & aliis locis.

12 Rom. 2.

13 1. Petri 4.

14 Heb. 12.

15 Eccl. 12.

16 Iob 24.

17 Iob 9.

18 Chrysost. homil. 5 in epistolã ad Hebr.

19 cap. 35.

valdè. Sed argumentemur etiam eo argumenti genere,
20 Lucæ 23. quo Petrus hîc,& alibi Christus vsus est, quum[20] ait, Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? hoc est, à maiore ad minus, hoc modo. Si in Mose, Aarone, Dauide,& aliis huius ordinis fidelibus ea sunt facta quæ de temporariis eorum punitionibus leguntur: in aliis inferioris notæ fidelibus quid fiet si non fuerint hîc castigati? Rursus, Si Deus peccata martyrum tantis pœnis vltus est quantas miramur eos ferre potuisse (pœnas enim martyrum esse interdum supplicia peccatorum, non solùm Petrus hoc
21 2.Thess.1. loco, sed etiam Paulus ostendit, quum[21] ait, quas, putâ, persecutiones & tribulationes sustinetis, exemplum, siue ostensionem iusti iudicij Dei) an grauissima aliorum fidelium peccata hîc non punita relinquet impunita? & si mors Christi non attulit istis impunitatem peccatorum, adferétne eam aliis? Itaque plerique fideles puniuntur temporaria futuri sæculi pœna propter peccata, licet ea sint antea remissa:& consequenter est purgatorium. Eant nunc hæretici, & iactent Purgatorium non posse probari ex sacra scriptura, si potest mendacio manifesta veritas extingui.

Quæ & quàm infirma sint argumenta hæreticorum contra Purgatorium.

36 QVAM etiam tantùm abest vt euertant argumenta aduersus hunc locum ab eis constructa, vt eam non parùm stabiliant sua haud obscura infirmitate. Exceptis enim his quæ etiam temporarias huius sæculi pœnas oppugnant, quásque qui negant, non tam doctrina, quàm helleboro sunt purgandi: quid ab eis adfertur quod ferè huic puerili argumento non innitatur? Purgatorium non est hoc vel illo scripturæ loco reuelatum, ergo nusquam est reuelatum in scriptura: quasi scilicet ipsorum sit præscribere quid quouis loco Spiritus sanctus debuerit tradere: aut ideò consequens sit aliquid nusquam esse reuelatum à Deo, quia non sit hîc vel istic

ab eo reuelatum. Discurremus per singula, vt omnes fidem nobis habeant. Christus (inquiunt) duos tantùm ordines hominum prodit apud [1] Marcum: vnum eorum qui credent & baptizabuntur, ac salui erunt: alterum eorum qui non credent & condemnabuntur. igitur nullus est ordo eorum qui purgantur pœnis temporariis. Atqui qui purgantur, ad eum hominum ordinem pertinent qui saluabuntur. Sed Christus manifestè hoc loco fundamétum Christianismi tradebat, præter quod nemo potest aliud ponere: hoc est, fidem in Christum, & baptisma: quorum ea vis est per Christum, vt omnes eis initiatos perducant ad salutem qui degenere vita ipsis non obstiterint; ideoque mirum non est quòd expressè non meminerit purgandorum. [2] Alibi autem per Apostolum superædificationis mentionem faciens, saluandorum ordinem bipartitus est, in eum, qui absque detrimento mercedem accipit, & saluatur: & eum qui saluatur cum detrimento, & tanquam per ignem. Sic apud [3] Lucam tantùm meminit Lazari, qui solatio fruitur in sinu Abrahæ, & diuitis qui cruciatur in inferno. Verùm quis non videt ei solum istic propositum fuisse patientię, & purgati per huius sæculi pœnas præmium declarare? (Lazarus enim receperat mala in vita sua) & contrà luxuriæ atque immitis auaritię supplicium exponere? Aliis [4] verò locis docuit esse quibus peccata remittantur, quique purgentur in futuro sæculo. Et quod idem tantùm [5] meminit duarum viarum; vnius arctæ, quæ ducit ad vitam: & alterius spatiosæ, quæ ducit ad perditionem; quid istos, amabo, adiuuat? num propterea consequés est, eos qui arctam viam terunt, non in [6] multis offendere? aut non quandoque etiam ab hac aberrare in spatiosam, & ab ista [7] rursus in viam vitæ redire? Hæc autem sunt causa cur quidam diutius in itinere ad vitam hęreant dum pœnis purgatoriis exercentur. Sed is (in-

1 cap. 16.
2 1. Cor. 3.
3 cap. 16.
4 Matt. 12. & aliis locis.
5 Matth. 7.
6 Iacobi 3.
7 Iacobi 5.

8 cap. 25. is (inquiunt) vltimi iudicij sententiam apud [8] Matthæum referens duos tantùm ordines memorat: vnum eorum qui ituri sunt in vitam æternam: alterum eorum qui sunt ituri in supplicium æternum. Verùm hæc separatio & sententia manifestè continent vltimum postremi iudicij

9 Nominatim Augustini libr. 21. De ciuit. Dei c. 16. & 26.

actum, post quem nullæ, omnium [9] confessione, erunt purgatoriæ pœnæ. Næ autem illi magnopere errant, qui putant hîc narrari quidquid fiet tempore aduentus filij Dei ad iudicium, quando ne illa quidem omnia memorantur quę pertinent ad vltimum postremi iudicij actum.

10 Ecclef. c. vltim.

Deus namque omnia [10] quę fiunt, adducet in iudicium: & non solùm opera eleemosynarum repręsentata & omissa.

11 1. Cor. 5. idemq; impios [11] qui sunt foris æquè ac fideles, imò & in-

12 Rom. 14. fantes, est iudicaturus. nam omnes [12] stabunt ante tribunal

13 Isai. 4. Christi, ei omne [13] genu flectetur, Deo omnis lingua confitebitur. Quod si ex eo quod hîc solùm mentio facta est fidelium & eleemosynarum (quarum pręstantiam & necessitatem Christus voluit hac narratione commendare) non sequitur ipsum alios & alia non iudicaturum: quanto minus hinc est consequés nullos esse in aduentu filij Dei antè purgandos quàm omnium separatio fiat ad excipiendam vltimam sententiam. tametsi admodum pauca

14 Matt. 24. erunt in fine sæculi purganda, quia [14] quot tunc erunt fideles, tot ferè erunt martyres. Similis ineptiæ est quòd obij-

15 1. Thess. 4. ciunt, Paulum quum de Christianis dormientibus [15] scriberet Thessalonicensibus, nullam prorsus fecisse mentionem purgatorij. Is enim oblata occasione ea tradidit Corinthiis & Hebræis, ex quibus necessariò est consequens esse purgatorium. Scopus autem ipsius hîc tantùm erat eos redarguere qui apud Thessalonicenses sese propter dormientes haud aliter affligebant atque gentes quæ spem non habent. Vnum restat quo existimant se velut quodam mari extinguere posse purgatorium, quod in

Apoca-

Apocalypsi[16] cap. 14. scriptum est: Beati mortui qui in Domino moriuntur. amodo iam dicit spiritus; vel (vt alij[17] legunt) beati mortui qui in Domino moriuntur amodo. etiam (siue) certè dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos. Verùm ne istud quidem minima guttula Purgatorium refrigerat. & præterea multos eorum reos facit, quosdam quidem de vitiata scriptura, quosdam verò de corrupto eius sensu: tum quia sunt qui vocem ἀπάρτι, à veteri Interprete redditam vocabulo, amodo, improbè iungant in interpretatione; quidam[18] quidem cum verbo, requiescunt;[19] quidam verò cum particula, beati: quæ adeò manifestè iuncta est cum verbo, dicit spiritus, vel moriuntur, vt non fuerint ausi peruertere textus ordinem: tum quia quidam eam perinde interpretãtur atque si significaret hos ex eo tempore requiescere quo mortui sunt, id est, statim à morte: vel ex quo tempore moriuntur, esse beatos: quum tamen hîc non sit αὐτίκα vel παραυτίκα (quę voces his verbis iunctæ istum sensum efficerent) sed ἀπάρτι. Illæ enim iungunt futurũ tempus cum hoc nunc. ἄρτι verò siue ἀπάρτι, id est, modò, coniungit præteritum tempus cum hoc nunc. notauitque hanc significationem & differentiam Photius in suo Lexico manu scripto: eamq; probant plurima[20] exempla Scripturæ. Ideoque sensus est: Ex quo[21] tempore agnus stetit in mõte Sion, hoc est, ex quo tempore Christus mortuus resurrexit & ascendit in cælum, spiritum dicere: vel eos qui inde ab eodem tempore moriuntur in Domino, esse beatos. qui germanus sensus peruersum illud quorundam placitum tectè lancinat, quo sanctos ante Christi ascensionem in cælo collocant; isque fortassis causa fuit, cur hæc particula sublata sit è medio in[22] Flandricis noui Testamẽti translationibus. Quòd verò hic locus nihil obsit purgatorio, sic optimè deprehen-

O demus.

16 cap. 14.

17 Iuxta pleraque exẽplaria Græca quæ nũc sunt in manibus.

18 Nominatim Caluinus lib. 3. Instit. c. 5. sect. 10.

19 Nominatim Henricus Bullingerus serm. 64. in Apocalypsim.

20 Matth. 11. Ioan. 5. & vbicunque vetus Interpres vertit vsque nunc, & vsque modò: ibi enim semper est ἄρτι.

21 Apoca. 14. in principio.

22 Nominatim in nouo Testamẽto impresso Leidæ anno 1579. & in Bibliis impressis Dordraci anno 1580.

demus. Demus hæreticis,eum esse aduerbij temporalis, amodò,sensum iuxta Græcam vocem ἀπαρτι,quem volunt. Faciamus quoque particulas, mortui qui in Domino moriuntur,tam generaliter accipi, quàm possunt generali significatione valere : neque esse verisimile hîc sermonem esse tantùm de sanctis quorum antè facta est mentio: putâ de iis quorum patientia,constantia,& fides Deo data,persecutionibus & morte sunt probatæ, id est, de martyribus : contra atque & articulus Græcus postulare videtur in verbis οἱ νεκροὶ, id est, isti mortui, puta, de quibus isto &[23] præcedenti capite sermo fuit: & ipsimet [24]hæretici annotant particulas ἐν κυρίῳ ἀποθνήσκοντες,posse verti, qui Domini causa moriuntur. Demus, inquam, hæreticis hæc omnia. Illud constat,familiarissimum esse scripturæ,atque adeò omni scientiæ, propositionibus generalibus & regulis notas exceptiones non excludere,sed ad plenam earum intelligentiam ipsas supplere. Exempli causa. Christus[25] simpliciter pronuntiat,misericordes misericordiam consecuturos. sed omnes hoc ita esse verum intelligimus, si præstiterint reliqua quæ ad impetrandam misericordiam sunt præcepta, & non recesserint à misericordia. Paulus[26] ait eos qui opera carnis agunt,regnum Dei non hæreditaturos. Verùm nemo non intelligit istud cum hac exceptione,nisi tamen resipuerint. Angelus hoc eodem Apocalypsis capite ait, Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius,hic bibet de vino iræ Dei, & cruciabitur igne & sulphure. sed omnes hîc supplent exceptionem,nisi tamen pœnitentiam egerit. Ad quem modum etiamsi dicti essent statim beati,id est(vt ipsi interpretantur)beatitudine æterna donati, qui in Domino moriuntur, etiamsi pronuntiati essent statim à morte requiescere à laboribus suis; etiamsi dictum esset,opera eorum statim eos sequi; non tamẽ propterea exclusa esset exceptio

23 cap. 13.
24 In Bibliis impressis Dordraci anno 1580. & in ecclesiastica noui Testamẽti interpretatione,in margine.
25 Matth. 5.
26 Galat. 6.

aliis

aliis locis prodita, nisi tamen secum detulerint opera incendio obnoxia, ob quę ad tempus detrimentum patiantur per ignem. Angelum enim & vocem de cælo loquentem hæc pronuntiasse propter bona opera quæ[27] mercedem accipiunt, manifestum est, tum ex particula, enim: tum ex articulo Græco, τὰ ἔργα, id est, illa opera: putâ, quorum antè mentio facta est his verbis, hîc patientia sanctorum qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu. Scriptura namque solet huiusmodi propositionibus magis significare quid ex natura & conditione rei alicuius, vt hîc mortis in Domino, consequatur; quàm quid semper sequatur. Quæ eò diligentius sunt notanda, quòd eadem habitura sint locum in[28] verbis Christi, & in iudicium non veniet, sed transibit à morte in vitam, si daremus hanc esse germanam lectionem. Quod si hę scripturæ intellectæ vt volũt, nihil faciunt contra Purgatorium: quanto minus in germano sensu acceptæ id euertant? Facessant ergo hæc argumenta quæ ad normam veritatis examinata, deprehenduntur vana & futilia.

27 1. Cor. 3.

28 Ioan. 6.

37 CVIVS vanitatis duæ quoque generales probationes suppetunt. altera, quòd hæ Scripturæ in tantum non latuerint Catholicos, vt plerasque etiam in exequiis defunctorum cantent, ad spei sanctis repositæ, iudicij, & resurrectionis probationem. Cui verò sit verisimile, ipsos id facturos fuisse, si aliquo pacto militassent contra purgatorium? altera, quòd ecclesiastici Scriptores, licet eas optimè nouissent, nihilominus vsqueadeò certò crediderint esse purgatorium, vt huic fidei innixi quasdam scripturas de eo sint interpretati, quæ alioqui vel obscuriores erant, quàm vt solæ certam eius fidem facerẽt, vel etiam alium verum sensum habere poterant. Cuiusmodi sunt quòd Ambrosius versatilem[1] romphæam flammeam ante paradisum

Duo generalia argumenta ex quibus constat scripturas ab hæreticis citatas nõ facere cõtrà Purgatorium. Quòd scriptores ecclesiastici vsqueadeò certò crediderint esse Purgatoriũ, vt huic fidei innixi quasdã scripturas de eo sint interpretati, quæ alioqui vel obscuriores erant, quã vt solæ certam eius fidem facerent, vel etiam alium verum sensum poterant habere.

1 Genes. 3.

radiſum poſitam, ſignificantem aliquid (vt[2] Auguſtinus quoque notauit) de paradiſo ſpirituali,[3] ſcribit ſignificaſſe ignem futuri ſæculi omnes examinantẽ, & eos exurentem qui paleam cum tritico adiunctam deferunt: quod Auguſtinus[4] concionatur Dauidem[5] verbis, Neque in ira tua emendes me (ſic enim legit) deprecari pœnas emendatorias futuri ſæculi: quòd[6] Baſilius interpretatur verba[7] Ioannis, Ille vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igni, de igne in altero ſæculo purgante: quòd multi geniculationem infernorum apud[8] Paulum, & benedictionem creaturæ quæ eſt ſub terra, dicentis apud[9] Ioannem, Sedẽti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum, referunt ad voluntariam quorundam qui ſint in inferno, ſubiectionem & gratiarum actionem: quòd[10] Tertullianus &[11] Cyprianus interpretantur verba[12] Chriſti, Et in carcerem mittaris: amen dico tibi, non exibis inde donec reddas nouiſſimum quadrantem; de carcere purgatorij, & minimo delicto luendo & purgando in futuro ſæculo: quòd[13] Origenes verbã[14] Pſalmi, Trãſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium, refert ad futuri ſęculi examen, & eorum qui purgatione indigẽt, purificationem. Quos ſcripturarum ſenſus hæretici quum à Patribus traditos diſſimulantes in nobis oppugnant, mirum quàm ingenioſi ſibi videantur. ſed nihil aliud agunt, niſi quòd patefaciunt quale ſit ingenium hæreticorum. Exempli cauſa. Origenes in interpretatione verborum, Tranſiuimus per ignem & aquam, tranſit ab ea quæ hîc fit purgatione per pœnas, ad examinis futuri ſæculi & purgationis expoſitionem. cuiuſmodi trãſitus paſſim ſunt obuij apud Patres. Iſti toti in eo ſunt, vt oſtẽdant Dauidem iuxta literam loqui de probatione per afflictiones huius ſæculi. quod nec ipſe Origenes negauerit. Iidem, ſi verus ſit ſenſus parabolæ apud Matthæum,

2 Lib. 11. de Geneſi ad literam.
3 Serm. 20. in Pſalm. 118. ad verba, Vide humilitatem meam.
4 In cõmentariis in Pſalm. 37.
5 Pſal. 37.
6 In libr. De Spiritu ſancto, cap. 15.
7 Matth. 3.
8 Phil. 2.
9 Apoc. 5.
10 In libr. de reſurrectione carnis, & in fine libr. De anima.
11 Epiſtola 2. libri quarti.
12 Matth. 5.
13 Homil. 25. ſuper Numer.
14 Pſal. 76.

Vanum hæreticorũ ſtudium in oppugnandis Patrum interpretationibus.

thæum, quem ex Tertulliano & Cypriano retulimus, aiunt necessariò ſequi præceptam nobis eſſe concordiam cum diabolo; quod ſit ridiculum & impium: & præterea alium eius ſenſum reddunt. Sed Catholici nomine aduerſarij hîc non diabolum, ſed ſpiritum qui [15] concupiſcit aduerſus carnem, vel ipſum Deum, qui [16] peruerſis reſiſtit, intelligunt. nèque ignorant etiam ab [17] Auguſtino alium huius loci ſenſum eſſe redditum. ad Tertulliani porrò & Cypriani ſenſum eò libentiùs inclinant, quòd Dominus ante hanc parabolam vſqueadeò perfectam pacem requirere videatur in offerente munus ad altare, vt ei [18] præcipiat adire & placare eum qui ipſum offenderit. cuius omiſſio ſignificata ſit hac parabola digna temporali punitione. His addunt, neque Paulum verum pietatis cultum geniculatione intelligere, ſed ſubiectionem qua omnis creatura Chriſti dominationi ſit ſubdita: neq; Ioannẽ de ſolis rationabilibus creaturis loqui, ſed etiam ratione carentes & inanimatas complecti, quæ ſuo modo gloriam ſuo Creatori enarrent. Verùm quum certò certius ſit omnem ſubiectionem cæleſtium, terreſtrium, & infernorum ſignificatam eſſe geniculatione: an ea erit excluſa quæ præcipua eſt, hoc eſt, quæ à pietate proficiſcitur? cuiuſmodi ſola in cæleſtibus exiſtit. & ſi in Apocalypſi comprehenſa eſt benedictio etiam ratione carentium creaturarum: an non multo magis comprehenſa erit ratione vtentium creaturarum benedictio? Poſtremò interpretantur ignem in verbis Ioannis alio ſenſu. ſed Baſilij ſenſus longè probabilior eſt. ſuntque Ioannis verba concepta per futurum abſque reſtrictione ad hoc ſæculum. Igitur hęretici nihil adferunt quo hos ſcripturarum ſenſus non eſſe veros oſtendant: præſertim quum nihil impediat quominus ſpiritus ſanctus vno eodemque verbo plura ſignificauerit. atque vt de his ſtatuant quod volunt

15 Gal. 5.

16 Iacob. 4. & vide Auguſtinum de ſermone Domini in monte.

17 In reſpõſione 1. ad quęſtiones Dulcitij.

18 Vide Chryſoſtomũ hom. 16. in Matth.

sunt, hoc saltem negare non possunt, ex his Patrum interpretationibus constare, ipsos certò credidisse esse Purgatorium.

Quòd Ecclesia perpetuò et cōstanter crediderit essePurgatoriū, quodq; hæretici falsas Purgatorij origines & historias prodiderint.

1 Vide suprà, sectionem.

Repugnātia eorum quæ hæretici tradunt de origine, tēpore, & auctoribus Purgatorij.

38 SED faciendum præterea est, vt expositione constantis Ecclesiæ de Purgatorio sententiæ liquidò omnibus appareat, quàm [1] falsæ tradantur ab hæreticis Purgatorij origines & historiæ. non quòd earum falsitas sit valde abstrusa; sed quòd expediat eam esse penitus cognitam. vel ipsa namque repugnantia eas manifestæ vanitatis arguit. quomodo enim (exempli causa) Pontificij fateantur Purgatorium non fuisse in veteri Testamento, si figmentum (vt aiunt) Purgatorij Machabæorum facto adiuuerunt? quî simul consistent, à tempore Augustini motam esse quęstionem de purgatorio, & Papistas finxisse purgatorium? si enim huius ætate mota erat quæstio de purgatorio: erāt ergo iam tunc qui id prodiderant. Papatum verò iidem volunt habuisse initium à Phoca Denique quomodo sacerdotes & monachi posteriorum sæculorum adinuenerint purgatorium, quod agnoscunt inde à temporibus Machabæorum fuisse creditum in ecclesia Iudaica? vt-vt de suo addant, id in eam inuectum fuisse ex doctrina Platonis & Gentilium errore, quo sentiebant defunctos viuorum suffragiis iuuari. Nam historia Machabæorum hæc figmenta neque tradit; neque, etiam si sacra non esset, vllo pacto admittit. Plato enim licet quasdam pœnas purgatorias agnouerit: tamen longè (vt [2] paulò pòst intelligemus) ab Ecclesiæ sententia abfuit: & neque docuit, neque vidit, si sint pœnæ purgatoriæ, consequens esse, orandum & sacrificandum esse pro piè defunctis. quod rectè fieri hæc historia docet. ex qua hoc quoque constat, Matthatiam & eius filios armis restitisse Antiocho & eius successoribus, [3] ne transgrederentur Legis mandata: ad ipsumque accessisse omnem

Quòd Purgatoriū nō fuerit inuectum in Ecclesiā Iudaicā ex doctrina Platonis & Gētilium errore quo sentiebant defunctos viuorū suffragiis iuuari.

2 Infra, sect. 39.

3 1. Mach. 2.

omnem voluntarium in Lege. Iudam[4] quoque assumpsisse ad se eos qui permanserant in Iudaismo, & [5] totum in eo fuisse, vt restitutis Dei sacris, sacrificia & ritus Gentilium deleret ex Iudæa. tantum abfuit vt ea in ecclesiam Iudaicam inueheret. Digna verò est[6] hæc historia quæ à nobis multis exponatur, quòd hæreticos vehementer vrgeat. sed quia propriè pertinet ad tractatum de precibus pro defunctis, tantùm hîc breuissimè dicemus quod eius intelligentię præcipuè scitu necessarium est. Constitit ecclesiæ Iudaicæ sui[7] temporis scripturis, Deum sæpius punire quędam peccata tēporali futuri sæculi pœna. ex quo porrò eadē facilimè intellexit, fideles Iudæos debere pro defunctis in sua communione orare: ne præcepto dilectionis & officio deessent, quod membra eiusdem corporis sibi mutuò deberent. tametsi & hoc in eis proditum erat, sed ferè in genere & breuiter, nomine exequiarum, luctus, ieiunij. Orta verò circa Machabæorum[8] tempora hæresi Sadducęorum, qui inter cętera docebant[9] animam cum corpore interire, & [10] resurrectionem negabant: ex quibus sequebatur, nō esse orandum pro defunctis: Deus qui diues est in misericordia, prouidit vt antiquus ecclesiæ Iudaicæ mos orandi pro mortuis, olim paucis traditus, scriberetur pluribus: ostendereturque contra Sadducæos esse legitimus facto Iudæ Machabæi & exercitus ipsius, vindicis (quod nullus sine pudore negare poterat) religionis Dei, & assensu Sacerdotum qui oblatam in hunc finem ab eo pecuniam recepissent: hoc est, sententia illustrissimæ ecclesiæ Iudaicæ. Vnde illa Auctoris post resurrectionis & gratiæ piis repositæ commemorationem conclusio: Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. Ex quo porrò sequitur, ecclesiam Iudaicam credidisse, esse pœnas purgatorias & purgatorium: quando nemo sanæ mentis orauerit pro iis

4 1.Mach. 2.

5 Passim in libris Machabæorum.

6 2.Mach.12

Ecclesiam Iudaicam certò credidisse esse Purgatorium.

7 Vide suprà, sect.27 28. 31. 32.33.35.

Historiam 2. Machab. 12. scriptā esse contra Sadducæos aspernātes preces pro defunctis. quorū hæresim hæretici huius sæculi ab inferis excitent.

8 Vide Iosephū lib.13. antiq. Iudaic. c.9.

9 Teste Iosepho lib.18. antiq. Iudaic. c. 2. & lib.2 de bello Iudaico c.7.

10 Matth.22. & Act.23.

Cur hæretici tū hoc mēdacium de imitatione Platonis, & Gentiliū errore confinxerint, tū Machabæorum libros resecuerint de canone sacræ scripturæ.

pro iis quos credit esse vel in sinu Abrahæ, vel in inferno damnatorum ad perpetuas pœnas. Verùm quia hæretici huius sæculi hunc postremum Sadducæorum errorem resuscitabant, videbantque in eadem Machabæorum historia etiam apparitiones & preces sanctorum ad illos alios eorundem Sadduceorum errores extinguēdos manifestè esse conscriptas, quas pessimè quoque oderant: tum istud mendacium de imitatione Platonis & Gentilium confinxerunt: tum ipsos Machabæorum libros de canone sacrę scripturę resecuerunt. Sed bene habet quòd etiamsi daremus (quod dandum non est) hos libros non esse in canone, ex ipsis nihilominus, tanquam ex historia aliqua ecclesiastica, constet ecclesiam Iudaicam credidisse esse Purgatorium.

Quòd cōstet ex scripturis Patrū Ecclesiā Christianam iā inde à principio usq; ad nostra tēpora credidisse esse Purgatorium.

Clemens Romanus.

Dionysius Areopagita.

Liturgia Iacob.

1 Lib. 8 c. 41.

2 cap. 7.

39 SEQVITVR vt ostendamus eandem Christianæ quoq; ecclesiæ iam inde ab initio fuisse fidem. Etsi enim admodum pauci antiquissimorum illorum sæculorum scriptores ad nos peruenerunt; iidemq; etiam pauca scripserunt: tamen posteritati haud obscura reliquerunt testimonia doctrinæ de Purgatorio. Nam [1]Clemens Romanus in Constitutionibus apostolicis, [2]Dionysius Areopagita in ecclesiastica Hierarchia, & Liturgia Iacobi eiusmodi precibus pro defunctis vtuntur, ex quibus sequitur esse pœnas purgatorias & purgatorium: tam certò, inquam, vt hæretici confugiāt ad inficiationem auctorum. Scilicet hominibus hodie natis contra aperta antiquitatis testimonia quidlibet quod ipsis non arriserit, reiiciendi erit potestas, prętextu nescio quorum cauillorum: quibus nihilominus [3]doctissimi viri abundè satisfecerunt.

Falsum esse q hæretici aiunt purgatoriūirrepsisse in ecclesiā Christi ex scriptis apocryphis.

Nam quod attinet ad Acta Andreæ, neque Catholici testimonio eorum vtuntur, eo quòd sint apocrypha: neque mirum est ea quædam fidei catholicæ consentanea complecti:

3 Franciscus Turrianus in Procemio, annotationibus & commentariis in Cōstitutiones apostolicas Clementis. Lindanus lib. 2. Panopliæ. Claudius Sanctes in Liturgiis Græcorum. & alij.

plecti: quandoquidem pessimi libri plerunque multa vera continent. libenterque etiam abstinemus testimonio libri Pastoris, propterea quòd fuerit vitiatus. nam antiquitus quum esset integer, in magno pretio fuit apud Veteres. potuitq; verum sensum habere pro Purgatorio, quod Clemens Alexandrinus lib. sexto Stromatων citat ex visione tertia, si intellectum fuisset de leuibus peccatis, & pœnis tum horum, tum grauiorum peccatorum hîc remissorum luendis in futuro sæculo. sed dum Clemens istud etiam ad infideles refert, tum ipse à recta via aberrauit; tum Origeni, discipulo suo, gradum præstruxit ad maiorem errorē. nam hic eò progressus fuit, vt [4] pessimis quibusque, atque adeò diabolo salutem in perpetuum non negaret: ipsum quoque Platonem miserabili & nefanda misericordia superans; quippe qui licet malorum & scelestorum pœnas purgatorias doceret, tamen [5] tyrannorum plagas immedicabiles constituebat. quibus omnibus tantum abfuit vt Ecclesia assentiretur, vt hæc eorum dogmata damnauerit, quòd sciret infidelibus, malis, impiis, & diabolis nullas pœnas purgatorias esse decretas: neque eos posse iuuari etiam si quis omnia bona externa pauperibus largiatur. cui enim viuo inimicus fuit Deus, haud dubium quin sit defuncto. Quod verò quidam Veteres vsi sunt auctoritate Platonis pœnas purgatorias memorantis: vt (exempli causa) [6] Iustinus, [7] Eusebius, [8] Theodoretus: non eò fecerunt vt suam fidem de pœnis purgatoriis super eius auctoritate fundarent: sed vt Gentiles qui sacras literas non recipiebant, propriis armis reuincerēt: eisq; ostenderent, ipsos non habere iustam causam aspernandi dogmata Christiana sacris literis comprehensa:

Errores Clementis Alexādrini & Origenis.

4 Vide Hieronymū in epistola ad Auitū.

Erronea Platonis sententia.

5 Nominatim in Phedone.

Purgatoriū nō esse profectū in ecclesiā Christi ex Platonis doctrina, & Clementis Alexandrini ac Origenis erroribus.

Quo fine Veteres vsi sint auctoritate Platonis pœnas purgatorias memorantis, & Gentilium more, orantium pro defunctis. quodq; tantùm absit vt hæc argumento sint ista ab eis in ecclesiam inuecta, vt nō fuerint vsuri eorū auctoritate contra Gentiles, nisi prius fide Christiana credidissent hæc esse vera.

Iustinus.

Eusebius.

Theodoretus.

6 In sermone exhortatorio ad Gentes.

7 Libr. 1. De præparatione Euangelica, c. vltim.

8 Libr. 8. De curatione grec. affect.

quandoquidem quos in oculis ferebant, hi vel eadem, vel ſaltem affinia tradebant. quem modum præparandi infideles ad fidem amplexi ſunt etiam in primis fidei capitibus. [9]qualia (verbi gratia) ſunt, quòd vnus ſit Deus, quòd is iudicaturus ſit mundum, quòd anima ſit immortalis. Secutuſq; eſt etiam Tertullianus hunc morem, cùm in multis aliis libris, tum in libro De teſtimonio animę, vbi inter cætera citat teſtimonium populi ethnici, ei cui malè vellet, terram grauem, & cineri penes inferos tormentum, & e-contra cui gratiam deberet, refrigerium apud inferos, inſculpto naturæ inſtinctu comprecantis. Quæ ſi quis eò torqueat vt propterea dicat iſtos Chriſtiana dogmata de pœnis purgatoriis & precibus pro defunctis hauſiſſe à Platone & ethnicis, næ hic inſignis fuerit calumniator: quãdoquidem iſta planè contrarium docent. non enim iſta contra eos vſurpaſſent, niſi prius fide Chriſtiana credidiſſent quæ memorauimus eſſe vera. Qui verò etiam diſſimulata iſtorum perſona hoc vitium Pontificiis aſcribit, perinde ac ſi primi Platonis meminiſſent, & fidem ſuam ſuper eius & gentilium auctoritate fundaſſent, in manifeſtæ quoque impudentiæ crimen incurrit. quis enim ex eorum ore vnquam audiuit fide Chriſtiana credendum eſſe, quoſdam exerceri pœnis purgatoriis, quia Plato & nonnulli poëtæ hæc docuerint? aut cui incognita eſt differentia ſententiæ Chriſtianorum, & Platonicorum atque Gentilium, quandam ſolùm vmbram veritatis velut per tranſennam videntium? Idem autem Tertullianus, cùm illud quod [10] memorauimus de inferis vltimum quadrantem exacturis, prodidit: tum antiquum eccleſiæ morem orantis & offerentis pro defunctis, his verbis ſignificauit: & iam [11] repete pro cuius ſpiritu poſtules, pro quo oblationes annuas reddas. & alio [12] loco: & pro anima

9 Hebr. 11.

Tertullianus.

Quã falſo quãdq; impudenter hæretici ſcribãt Pontificios totã ſtructurã Purgatorij ex Platone, Poëtis, & Gentilibus accepiſſe.

Quòd Tertulliani & Cypriani tẽporibus Purgatorium fuerit cognitũ cũ precibus & oblationibus pro defunctis. cuius contrariũ hæretici docent.

10 Suprà ſect. 20. & 37. 11 In exhortatione ad caſtitatem. 12 In lib. de Monogamia.

anima eius oret, & refrigerium interim adpostulet ei, & in prima resurrectione consortium, & offerat annuis diebus dormitionis eius. qui verò hæc facta & facienda à fidelibus docet, an non simul etiam pœnas purgatorias profitetur? Sed audiamus etiã Cyprianum; explicat enim latiùs illud Tertulliani de inferis vltimum quadrantem exacturis. Aliud est,[13] inquit, ad veniam stare, aliud ad gloriam peruenire: aliud missum in carcere non exire inde donec soluat nouissimum quadrantem; aliud statim fidei & virtutis accipere mercedem: aliud pro peccatis longo dolore cruciatum emendari & purgari diu igne; aliud peccata omnia passione purgasse: aliud denique pendere in die iudicij ad sententiam Domini, aliud statim à Domino coronari. Idemque etiam haud obscurè significat, solere in ecclesia frequentari oblationes & deprecationes pro iis qui obdormierant, quum[14] prohibet ne pro dormitione Victoris fiat oblatio, aut deprecatio aliqua eius nomine in ecclesia frequẽtetur, propterea quòd Geminium Faustinum presbyterum ausus esset actorem constituere, contra decretum concilij Africani Antecessorum suorum, quod statuerat ne quis frater excedens, ad tutelam & curam clericum nominaret, ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Et credemus scilicet fingentibus Tertulliani & Cypriani temporibus Purgatorium fuisse ignotum cum precibus & oblationibus pro defunctis: totamq; ecclesiam primitiuam purgatorium ignorauisse. Verùm pergamus ad alios scriptores. Inter quos Lactantius visus est Magdeburgensibus vsqueadeo clarè notare Purgatorium, vt eius sententiam ex libri septimi cap. 21. desumptam, tanquam purgatorio fauentem, retulerint ad inclinationem doctrinæ. Basilius verò in Commentariis in Isaiam expresse[15] memorat ignem punitiuum & purgatorium

Cyprianus.

13 Epistola 2. libri 4.

14 Epistola 9. libri 1.

Concilium Africanũ Antecessorum Cypriani.

Quòd insequẽtes Tertullianũ & Cyprianum Patres vsq; ad Augustinum, agnouerint Purgatorium.

Lactantius.

Basilius.

15 In c. 9 vbi explicat locũ, & sicut gramẽ aridum deuorabitur ab igne, & exuretur in densitatibus siluæ.

torium. & paulò poſt explicans hæc Prophetæ verba, Et
erit populus ab igne deuſtus, ait, non omnimodam inter-
necionem & exterminium comminatur, ſed innuit ex-
16 1. Cor. 3. purgationem, iuxta [16] Apoſtoli ſententiam; quia ſi cuius
opus arſerit, detrimētum patietur: ipſe autem ſaluus fiet,
Gregorius Nyſſenus. ſic tamen quaſi per ignem. Gregorius autem [17] Nyſſenus
17 In ſermo. de mortuis. ait, nos deponere paſſiones & affectus à ratione alienos,
tanquam onus quoddam naturæ, vel in hac vita per ſtu-
dium ex virtute viuendi, aut poſtquam in alteram vitam
Ambroſius. migrauerimus, per purgatorij ignis fornacem. Ambroſius
18 Serm. 3. in Pſal. 118. & vide etiã ſer. 20. commemorat [18] ignem purgatorium alterius ſæculi quo
exuruntur peccata fortuita, quem Dominus Ieſus para-
19 In oratione funebri Valentiniani Imperatoris: & in oratione funebri de obitu Theodoſij Imperatoris: & in priore oratione præparante ad miſſam. & epiſtola 8. ad Fauſtinum. uit ſeruulis ſuis, diuerſum ab igne præparato diabolo &
angelis eius: & tot [19] locis, iiſq; apertiſſimis, meminit precũ
& oblationum pro defunctis, vt impudentiſſimum ſit
negare, eum agnouiſſe Purgatorium. Hieronymus [20] ſicut
diaboli & omnium negatorum atque impiorum credi-
dit æterna tormenta: ſic peccatorum, & tamen Chriſtia-
norum, quorum opera in igne probanda ſint atque pur-
Hieronymus. ganda, moderatam arbitratus eſt, & mixtam clementiæ
20 In cõmentariis in c. vltimum Iſaiæ. ſententiam iudicis. & tractans locum [21] Ezechielis, Et à
21 cap. 1. lumbis eius vſque deorſum vidi quaſi ſpeciem ignis, velut
aſpectum arcus, ſcribit, his oſtendi poſt pœnas atque ſup-
plicia, & purgationem peccatorum, futuram miſericor-
diam, duntaxat in his qui Deum meruerint videre re-
Paulinus. gnantem. Paulinus [22] agnoſcit aliquos ardere in inferno,
22 Epiſtol. 1. ad Amandum. ad quos indulgentia Dei penetret, vt roſcido pietatis eius
lumine in tenebris ardentibus æſtuantes refrigerentur.
eodemque loco rogat Amandum, vt pro fratre defuncto
ſecum oret, vt miſericors & miſerator Deus refrigeret
Epiphanius. animam eius ſtillicidiis miſericordiæ ſuæ. Epiphanius re-
23 In confutatione hæreſis Aerij, quę eſt 75 fert [23] Aerium in numerum hęreticorum, propterea quòd
preces & oblationes pro defunctis improbaret. ibidemq;
agnoſcit

agnoſcit duplicis ſtatus defunctos, quorum Eccleſia meminiſſet in œconomia latriæ, id eſt, in ſolenni oblatione ſiue miſſa. quoſdam enim eſſe peccatores, fratres tamen noſtros, qui adhuc ſint in peregrinatione conſtituti, (& proinde nondum in cælo) pro quibus oret miſericordiam à Deo (id quod tectè ſignificat eos adhuc eſſe miſeros:) alios autem eſſe qui hoc auxilio non indigeāt, quales ſint Patriarchæ, Prophetæ, Apoſtoli, quorum ipſa non hac de cauſa, ſed propter alias rationes, meminerit. Prudentius locum purgatorium eiuſque pœnas deſcribens, ita [24] Deum pro ſe precatur: *Eſto cauernoſo, quia ſic pro labe neceſſe eſt Corporea, triſtis me ſorbeat ignis auerno. Saltem mitificos incendia mæſta vapores Exhalent, æſtuq́; calor languente tepeſcat. Lux immenſa alios, & tempora vincta coronis Glorificent, me pœna leuis clementer adurat.* Et alio [25] loco Deum his verbis pro defuncto orat: *Illud precor optime ductor Famulam tibi præcipe mentem Genitali in ſede ſacrari, Quam liquerat exul & errans.* Extantq́; Euſebij [26] Alexandrini (cuius vt Antherus Papa meminit in epiſtola ſua, ita nos quoque longè anteà meminiſſe debueramus) Iacobi [27] Niſibeni, [28] Athanaſij, [29] Euſebij Cæſarienſis, [30] Ephrem, Ioannis [31] Chryſoſtomi, aliorumque Patrum his coætaneorum, vſqueadeò manifeſtæ ſententiæ, vt impudentiſſimum ſit ſcribere à tempore Auguſtini motam eſſe quæſtionem de purgatorio: atque ita vt id pro re incerta, non pro fidei dogmate ſit habitum. Cui ſimile eſt quòd adiungunt, Auguſtinum nihil de eo definiuiſſe, ſed de eo, tanquam de re dubia eſſe locutum.

Prudentius.

24 In fine libri cui titulus eſt Hamartigenia.

25 In Hymno in exequiis defunctorum.

Euſebius Alexandrinus.

Iacobus Niſibenus.

Athanaſius.

Euſebius Cæſarienſis.

Ephrem.

Ioannes Chryſoſtomus.

Falſiſſimò tradi à tempore Auguſtini motam eſſe quæſtionē de Purgatorio, id eius ætate pro re incerta eſſe habitum: ipſumq́; Auguſtinum de eo dubitauiſſe.

26 In Homil. εἰς τὴν κυριακήν.

27 Apud Theodoretū in religioſa hiſtoria, in eius vita.

28 Quæſtione 34 ad Antiochū Principem. item in ſermone quem in eos ſcripſit qui obdormierunt, teſte Ioanne Damaſceno. 29 Lib 4 de vita Conſtantini. 30 In Teſtamento, ſiue in ſermone de morte ſua. 31 Libro 6. de ſacerdotio. & Homilia 32 in cap. 9 Matthæi. & in fine Homiliæ 84. in Ioannem. & Homilia 21. in Acta Apoſtolorum. & Homilia 41. in cap. 15. prioris Epiſtolæ ad Corinthios. & Homilia 3. in Epiſtolam ad Philippenſes. & Homilia 69. ad populum Antiochenum. & in Liturgia.

Exponitur causa qua factum est vt hæretici hæc traderent.

Quod ex eo prouenit quod nolunt animaduertere, vel ſaltem ab animaduertentibus diſcere, de quibus ſeu qualibus pœnis purgatoriis is loquatur quum de eis dubitat.

Pœnæ dici poſſunt purgatoriæ duobus modis.

Nempe, pœnæ dici poſſunt purgatoriæ dupliciter. vno modo generaliter, vt ſignificent pœnas quibus Deus in altero ſæculo turpes affectus in filiis ſuis deprehenſos antè punit, quàm eos purgatos in cælum admittat. altero modo ſpecialiter, vt ſignificent pœnas quibus Deus, tanquam quodam adminiculo, ipſos turpes affectus ſanat, & ab eis expurgat.

Quo ſenſu Platonici pœnas purgatorias acceperint.

quo ſenſu Platonici pœnas purgatorias accipiebant: quippe qui docebant, omnes pœnas emẽdationi adhiberi, ſiue in hac, ſiue in altera vita, vt praui hominum affectus corrigerentur. vt Euſebius Cæſarienſis refert ex Gorgia lib. 12. De præparatione euangelica c. 4. & Auguſtinus lib. 21. De ciuit. Dei cap. 13. vbi etiam citat Virgilium ſententiam Platonicorum ſuis verſibus referentem.

Quòd Auguſtinus certò crediderit eſſe pœnas purgatorias; putà in generali ſignificatione.

Eſſe verò pœnas purgatorias in generali ſignificatione Auguſtinus quoque certiſſimò credidit. vt videre eſt libri 2. de Geneſi contra Manichæos cap. 20. Sed qui fortè agrum, inquit, non coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in hac vita maledictionem terræ ſuæ in omnibus operibus ſuis: & poſt hanc vitam habebit vel ignem purgationis, vel pœnam æternam. & lib. 21. De ciuitate Dei c. 13. Sed tẽporarias pœnas alij, inquit, in hac vita tantùm, alij poſt mortem, alij & nunc & tunc, veruntamen ante iudicium illud ſeueriſſimũ nouiſſimumq; patiuntur. non omnes autem veniunt in ſempiternas quæ poſt illud iudicium ſunt futuræ, qui poſt mortem ſuſtinent temporales. nam quibuſdam quod in iſto non remittitur, remitti in futuro ſæculo, id eſt, ne futuri ſæculi æterno ſupplicio puniatur, iam ſuprà diximus. & cap. 16. eiuſdem libri: Nõ ſolùm, ait, pœnis non præparetur ęternis, ſed ne vlla quidem poſt mortem purgatoria tormenta

ta patiatur. Idemque in commentariis in [31] Psalmum 37. agnoscit duplicem ignem alterius sæculi, alterum emendatorium, alterum æternum. & in [32] Psalmum 103. admonet, vt euitemus caminum incendentem ligna, fœnum, stipulam, & alios in sinistram, alios in dextram quodammodo eliquantem. & homilia 16. tradit alterius sæculi quasdam esse pœnas æternas, & quasdam temporales per fluuium igneum & vada feruentibus globis horrrenda. quod idem multis rursus facit sermone 41. certò confirmans esse ignem transitorium & purgatorium. Omitto quòd is, tanquam certum, scribit de precibus, oblationibus altaris, & eleemosynis pro defunctis lib. 9. Confessionum c. 11. 12. 13. & epistola 64. ad Aurelium episcopum, & Enchiridij c. 110. & De ciuitate Dei lib. 21. cap. 24. & in lib. De cura pro mortuis agenda c. 1. 4. 5. & vltimo, & libro primo de anima ad Renatum c. 9. & sermone 32. de verbis Apostoli: quodque de his rebus vsqueadeò certus fuerit, vt & Aerium docentem non oportere orare, vel offerre pro mortuis oblationem, [33] retulerit in numerum hæreticorum: & [34] argumentum quod prima facie his obstare videbatur, soluerit: & [35] ad orandum, sacrificandum, largiendum eleemosynas, alios sit exhortatus: & [36] multa de acerbitate, magnitudine, diuturnitate pœnarum purgatoriarum scripserit. Cæterùm quum is pœnas purgatorias in speciali Platonicorum significatione accipit, tametsi eò magis inclinet vt eas esse existimet, etiam auctoritate Apostoli 1. Cor. 3. tamen non certò de eis pronuntiat. nec mirum: quandoquidem Ecclesia necdum definiuit, Vtrum Deus, quomodo prauos affectus in hac vita pœnarum adminiculo sanat, & nos ab eis expurgat; ita eodem modo veniales lapsus & affectus sanet & purget in altero sæculo? fieri namque potest vt Deus per se vel statim à principio, vel quando ei placitum est, hos prauos affectus

31 Ad verba, Domine ne in indignatione tua argûas me, neq; in ira tua emendes me.

32 Cócione 3.

33 In libr. de hæresibus, c. 53

34 Enchir. c. 110. & in libro De cura pro mortuis agenda, cap. 1.

35 Nominatim c. 13. lib. 9. confess.

36 Nominatim Homil. 16. lib. 50. Homiliarum & in Psal. 37. & sermone 41. de Sanctis.

Augustinũ dubitauisse de purgatoriis pœnis quales Platonici tradebant: & hanc quæstionẽ ne nũc quidem esse quæstionem fidei.

Altera differẽtia de pœnis purgatoriis inter Christianos et Platonicos: ex qua rursus manifestũ est, quã falsò ab hæreticis sit scriptum, Pontificios hausisse ex Platone dogma de pœnis purgatoriis.

Quid fide sit credendum de pœnis purgatoriis, & de quo dubitare nõ sit prohibitum.

affectus corrigat, pœna temporia auctores affligens in iustam eorum vltionem. ex quo rursus apparet quàm falsò ab hæreticis scriptum sit, Ecclesiam dogma suum de pœnis purgatoriis à Platone hausisse: siquidem quas iste pœnas purgatorias tradidit, has Ecclesia non certò affirmat esse veras. tantùm autem pro fidei dogmate habet, esse quibus quædam peccata remittantur in futuro sæculo, quiq; propter ea pœnis temporalibus exerceantur. quæ altera differentia est inter Christianos & Platonicos. Quod autem Augustinus quibus locis de eis dubitat, pœnas purgatorias in hac posteriore significatione acceperit, manifestum est tum ex c.13.lib.21. De ciuitate Dei: tum ex eo quòd quum attulisset exemplum de dolore consequente amissionem vxoris nimium amatæ, vel bonorum temporalium quæ nimium diligimus, sed tamen infra Christum, quo hic prauus affectus paulatim in hac vita corrigitur & purgatur, quærit num aliqua talis purgatio leuium peccatorum contingat in futuro sæculo: quodq; manifestè addit particulas quæ testantur eum loqui de huiusce generis pœnis purgatoriis: in Enchiridij quidem cap. 69. tale aliquid, & quendam: libro verò 21. de ciuitate Dei, cap. 26. eiusmodi: in libro autem de fide & operibus capite 16. ista, & talia quædam iudicia. Quæ Augustini dubitatio tantum abest vt pertineat ad inficiationem pœnarum purgatoriarum in genere dictarum, quas esse fide Dei credimus, vt eam stabiliat: quandoquidem nemo dubitat de qualitate rei quam non credit esse in rerum natura. Quæ quum hæretici considerare nolunt, tum ipsum Augustinum secum turpiter committunt: idq; (quod est fœdissimum) in [37] eisdem libris: tum auditoribus suis insigniter imponunt. Porrò non potest esse dubium quin proxima huius ætati sæcula pro certo quoq; habuerint, quod tot retrò sæculis fuerat creditum. idque

Quòd Augustini dubitatio stabiliat fidẽ ecclesiæ de pœnis purgatoriis generaliter dictis, tãtùm abest vt ei quidpiam officiat.

37 In Enchir. c.69. & 110. & lib.21. De ciuit. Dei, c 16. & 26.

Quòd proxima Augustini tẽporibus sæcula crediderint esse Purgatorium.

idque esse verum apparet ex multis auctoribus. quales sunt (exempli causa)[38] Theodoretus,[39] Boëtius, [40] Gregorius Magnus: qui tametsi non semel reuelationes huc pertinentes proferat: tamen &[41] nititur scripturis; & tantum abest vt solis reuelationibus nitendum existimet, vt solicitè[42] admoneat, licet quædam somnia sint diuina, tamen non esse temerè omnibus credendum. ea quippe esse examinanda ad normam scripturarum. Quod quum sit clarissimum, nosq; antea plurimas scripturas pro Purgatorio produxerimus, necesse est vt frons illis perierit qui ausi fuerunt scribere, quòd de Purgatorio creditum sit reuelationibus satanę arte confictis, quodque fides Papistarum de purgatorio non nisi spectris innitatur. Ab istorum verò temporibus deinceps eadem doctrina, omnium confessione, multis sæculis inconcussa floruit: donec ventum est ad tempora Bernardi, quibus obscuri [43] quidam homines non crediderunt restare post mortem ignem purgatorium: eorumque cineres à Bernardo & aliis sopitos Waldenses excitarunt: qui ipsi nihilominus breui sunt extincti: ita vt non nisi admodum serò hæresis Purgatorium negans inuaserit in Ecclesiam Dei, eiusque lues paucos infecerit, quod quidem certò constet. Nam quod ad Gręcos attinet, tametsi quidam magni viri hunc errorem ascripserint, non antiquis illis Græcis, quos ex eorum doctoribus quos citauimus, constat agnouisse purgatorium: sed postremorum sæculorum eiusdem linguæ hominibus: tamen deprehensum est in octaua synodo tum Ferrariæ in eius principio, tum Florentiæ in conclusione, ne hos quidem de purgatorio, sed de eius qualitate dubitauisse: putâ, an esset verus ignis, an obscuritas, an turbo, siue quid aliud genus. & satis constat eos cum Latinis libenter agnouisse, si pœnitentes in Dei charitate decesserint antequam dignis pœnitentiæ fluctibus satisfecerint

38 In cap. 3. prioris epistolæ ad Corinthios, ad verba, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignē, teste Thoma. & lib. 8. de curat. Græc. affect.

39 Lib. 4. De cōsolatione philosoph, prosa 4.

40 Libro 4. Dialog. c. 39. & lib. 2. c. 3. expositiōis lib. 1. Regū. & in cōmētariis in Psal. 37.

41 Vt videre licet c. 39. libri 4. Dialog.

42 c. 48. libr. 4. Dialog.

A Gregorij ætate deinceps creditū essePurgatorium à fidelibus.

Quibus tēporibus hæretici exorti sint qui negauerunt Purgatoriū: quiq; isti fuerint, & quàm citò extincti sint.

43 Vide serm. 66. Bernardi in Cantic. Cantic.

Quòd ne Græci quidē postremorū sæculorū negauerint esse Purgatoriū; tātū abest vt verè dici possit Græcos nesciuisse, imò repudiasse purgatoriū vsq; ad tēpora cōcilij Florentini.

Concilij Florẽtini decretum confirmans Purgatorium.

cerint de commissis & omissis, eorum animas pœnis purgatoriis post mortem purgari. qua de re etiam Gennadius Scholarius Patriarcha Cõstantinopolitanus librum conscripsit ex Scripturis & antiquis Græcæ ecclesię Doctoribus. Atque hęc est vera constantis Ecclesię de Purgatorio sententiæ expositio.

Alia argumẽta sumpta ex commentis hæreticorum, quibus manifestum est Ecclesiã semper credidisse esse Purgatorium.

40 QVAM ita se habere deprehendimus etiam aliis argumentis. Primùm ex eo quòd hæretici, tametsi diligentissimè omnia quæsiuerint apud Scriptores ecclesiasticos quæ quouis modo officere posse viderentur purgatorio; tamen nullum in medium adferre potuerint, qui, quod ipsi aiunt, diceret non esse Purgatorium, non esse pœnas purgatorias post mortem, non esse aliquos defunctos qui purgentur. quum e-contra passim occurrant Veteres qui apertis verbis scribunt esse locum purgatorium, pœnas purgatorias, aliquos qui purgentur post mortem.

Hæreticos falsò asserere, Veteres scriptores ecclesiasticos, & in his Augustinũ, Purgatorio contradicere.

& quòd quęcunque adferunt vt probent Veteres scriptores ecclesiasticos purgatorio contradicere (quid enim est tam à veritate alienum quod hæresis non audeat affirmare?) nihil nisi fumi sunt quibus idiotarum oculos perstringunt. nituntur enim ferè generalibus sententiis, quibus (exempli causa) aiunt Christum esse principium purgatorium, cuius incarnatione & morte purgemur, per Christum factam esse peccatorum purgationem, Christum pertulisse pœnas pro peccatis nostris, nõ esse locum pœnitentiæ & satisfactioni post mortem, bonos post mortem frui vita æterna, & huiusmodi aliis. quas vt profitemur esse veras eo sensu quo à Patribus & Scripturis sunt proditæ; ita eodem sensu acceptæ, nihil planè officiunt purgatorio. quod quia suprà [1] multis ostendimus, necesse non est vt hîc iterum probemus. Certè nisi Christus esset principium purgatorium, nullæ pœnæ essent purgatoriæ, quia omnes essent æternæ. neq; alia de causa malis

[1] Sect. 21. & 34.

malis & impiis (de his enim Patres loquuntur, vt apparet ex eorum circunstantiis) non est locus pœnitentiæ & satisfactioni post mortem, nisi quia non retinuerunt fundamentum quod est Christus Iesus. boni quoque vt sunt digni vita æterna, ita eam quoque statim à morte assequuntur: nisi tamen ædificauerint super fundamentum quod est Christus Iesus, ligna, fœnum, stipulam: quod eos ad tempus remoretur à possessione vitæ æternæ. quia hanc exceptionem æquè à Patribus, atque à scripturis, aliis locis traditam, æquè in Patrum sententiis generalibus atque in verbis scripturæ non excludere, sed intelligere debemus. Quòd verò auctor librorum Hypognosticωn apud Augustinum [2] ait nos quidem agnoscere locum regni cælorum, & locum gehennæ, tertium verò locum penitus ignorare: imò nec inueniri esse in scripturis sanctis: de tertio loco æterno intelligit: tum quia huius generis sunt regnum cælorum & gehenna: tum quia refellit errorem Pelagianorum qui infantibus absque baptismo defunctis tribuebant locum vitæ æternæ distinctum à regno cælorum: tum quia adeò non cælat se ad locos æternos respicere, vt solicitè addat particulas æternitatem significantes. Da mihi, inquit, præter hunc alterum locum (putâ, regni cælorum) vbi vitæ possit requies esse perennis. & paulò pòst: secundum, gehennam, vbi omnis apostata & à Christi fide alienus æterna supplicia experietur. Et [3] Innocentius tertius quo loco ait Deum opus imperfectionis non nouisse, & ob hoc peccata nō ex parte, sed ex toto dimittere, manifestè loquitur de peccatis, non de peccatorum temporalibus pœnis. respōdet [3] enim quæstioni, Quare saltem originale peccatum nō remittatur dormientibus & amentibus, sicut paruulis: docetque his verbis Deum vnum mortale peccatum non remittere, quin vnà etiam omnia alia mortalia remittat. esset autem

[2] Lib. 5. Hypognosticωn.

Papam Innocētiū non destruere Purgatoriū, vt hæretici confingunt.

[3] De baptismo & eius effectu. c. maiores causas. §. sed adhuc quæritur.

tem opus imperfectionis in Deo si sustulisset disciplinam temporalem de ecclesia. notum enim illud est verbum, *Blanda patrum segnes facit indulgentia natos*; & quis est filius quē non corripit pater? Deinde idem etiam cognoscimus ex eo, quòd iidem diffisi huic figmento,[4] addunt aliud commentum, nimirum Papistas (sic enim appellant Catholicos) non habere veterem ecclesiam erroris sui (ita vocant doctrinam de Purgatorio) sociam, eo quòd sit longum discrimen inter huius & Augustini sæculi sententiam. Nihil quippe hac de re Ecclesia nunc docet pro fidei articulo, quod non fuerit creditum à Veteribus. quod sic optimè intelligetur. Quæ ad præsentem materiam pertinent, ea quidem dici possunt versari circa tria: putâ, circa locum purgatorium, circa pœnas purgatorias, circa personas quæ purgantur: sed quæ tamen ita sint inter se connexa, vt qui vnum fateatur, cætera cōsequenter agnoscat. Si enim (exempli causà) est purgatorius locus: ergo etiam sunt pœnæ purgatoriæ: ergo sunt qui his pœnis exercentur: vt si constet, Veteres vnum ex his tribus agnouisse, dubitare non possimus quin & duo alia agnouerint. Et tamen Deus, qua est bonitate, voluit extare apud Veteres Augustino vel antiquiores, vel minimum coætaneos, certa horum trium testimonia. Nam quòd purgatorium locum agnouerint, intelleximus ex variis eius appellationibus, quas[5] supra ex Tertulliano, Cypriano, Origene, Gregorio Nysseno, Augustino, Paulino retulimus. quòd verò nobiscum crediderint esse pœnas temporarias futuri sæculi, vsqueadeò clarè apparet, vt etiam meminerint modò purgatoriarum pœnarum, modò ignis purgatorij, modò ignis purgationis, modò ignis emendatorij, modò flammarum purgatoriarum, & aliarum huius generis appellationum: vt videre licet ex locis hîc in margine notatis ex[6] Basilio,[7] Gregorio Nysseno, Hiero-

4 Vide suprà sect. 11.

Catholicos huius sæculi non aliud docere fide esse credendum de Purgatorio, quàm quod Vetus Ecclesia docuit. cuius contrariū hæretici impudenter fingunt.

5 sect. 10.

6 In c. 9. Isaiæ ad verba, Et sicut gramen aridum: item, Et erit populus sicut ab igne deustus.

7 In serm. de defunctis.

[8]Hieronymo,[9]Ambrosio,[10]Augustino. Quòd autē agnouerint non solùm ordines hominum qui statim saluantur,& mittuntur in gehennam,sed etiam eum hominum ordinem qui saluantur quidem,sed tanquam per ignem, manifestum quoque est ex lectione locorum, quos hîc breuitatis causa tantùm in margine indicamus ex [11] Clemente Romano, [12]Dionysio Areopagita, [13] Tertulliano, [14]Cypriano,[15]Hieronymo,[16]Ambrosio,[17]Augustino,[18] Epiphanio,[19]Paulino. Quæ omnia etiam patefaciunt quàm falsò ab eis quoque sit proditum sacerdotes & monachos posteriorum sæculorum purgatorium lucri causa adinuentum, lucri sui causa adiuuisse. non enim istorum adiutorio indigebat, quod à scripturis proditum, primis ecclesiæ sæculis in eum qui nunc quoque est,statum fuerat euectum. Mitto quòd absque vllo Dei timore sacerdotes & monachos promiscuè auaritiæ insimulant; atque adeò tantæ, vt lucri causa euangeliū Dei adulterauerint. prætereo quòd etiamsi quidam purgatorium lucri causa adiuuissent, id non magis veritati eius in scripturis patefactæ obstaret, quàm quòd [20] Pauli tempore quidam euangelium prædicabant,vt pressuram suscitarent eius vinculis. omitto quòd qui in alios de lucro dicere volebant, ab omni lucro abstinere debuerant. quod tantum abest vt præstent, vt plerique fortunas suas insigniter auxerint: alij autem quum nullas haberent,etiam amplas acquisierint. Summa hæc sit, sicut mirum non est in fine sæculorum esse qui sua quærant, quandoquidem Paulus de sui temporis ministris[21]ait,Omnes quę sua sunt quęrunt,non quæ Iesu Christi: ita Purgatorium non esse æstimandum ex prauis istorum moribus,sed ex verbo Dei quod id docuit: quodq; vt patefecit Infernum esse officinam pœ-

Q 3 narum

Mendaciū hæreticorum scribentium sacerdotes & monachos posteriorū sæculorum Purgatorium lucri causa adinuētū, lucri sui causa adiuuisse.

8 In c. vltim. Isaiæ in fine,& in c. 1. Ezech. ad verba, Vidi quasi speciem ignis.
9 Serm. 3. & 20. in Psal. 118.
10 Libr. 2. de Genesi contra Manichęos. c. 20. & lib. 20. De ciuit. Dei, c. 25. & 21. c. 13. & 16. & in Psal. 37. & Homilia 16. in libro 50. Homiliarū. & sermo. 41. de Sanctis.
11 Libr. 8. cōstit. apost. c. 41.
12 In libr. de eccles. Hierar.
13 In libr. de resurrect. carnis
14 Epistola 2. libri 4.
15 Lib. 2. aduersus Iouinianum,& in fine comment. in Isaiam.
16 Serm. 20. in Psal. 118.
17 Enchir. c. 110. & in libro de cura pro mortuis agēda, c. 1. & libr. 21. De ciuit. Dei, c. 24. & libr. 1. de anima ad Renatum. cap 9. & 11. & sermone 32. de verbis Apostoli. & sermone 41. de Sanctis.
18 In Panario in confutatione hæresis 75. quæ est Aerij.
19 Epistola 1. ad Amandum.
20 Philip. 1.
21 Philip. 2.

narum futuri sæculi, ita vel ex eo nobis æstimandum reliquit purgatorium istic esse. qua de re[22] tamen infrà latiùs scribemus.

41 DIXIMVS quantum hìc sufficit de particularibus Inferni significatis & locis ex sacris Scripturis. quibus si quidam [1] Poëtæ & [2] Philosophi nonnulla aliquo pacto similia scripserunt, quid mirum? quandoquidem multa veræ religionis primis orbis parentibus insculptæ vestigia etiam in Ethnicis remanserunt: & verisimile est aliquos istorum sacrarum literarum doctrinam, vel lectione, vel auditu percepisse. Certè vel ipsa diuersitas testimonio est hæc non esse ab ipsis profecta. & qualiscunque apparens in his similitudo damnat hæreticos, quòd ea inficientur, quæ ne Ethnici quidem penitus ignorauerunt. Nunc dispiciendum est ad quos inferos Christus descenderit, quibusque bonis istic constitutos donauerit. Certum autem est ipsum descendisse ad Infernum, sinum Abrahæ: vt qui [3] legem mortuorum seruauerit, qua fiebat vt sancti descenderent ad hunc infernum. quod [4] Dauid eum figurans significauit, vbi [5] prophetauit redemptionem animæ suæ de manu inferni cùm se accepisset. ad Christum enim etiam hunc psalmum pertinuisse, cognoscere possumus ex [6] Matthæo. item quum alio loco ad significandam [7] euentus certitudinem verbo præteriti temporis [8] dixit: Eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. manifestè namque audimus infernũ redemptionis, ex quo patuit exitus animis Christi & Dauidis vbi ad eum descendissent, distinctum à lacu, siue inferno ex quo nõ est redemptio. præcedit [9] enim de malis diuitibus, Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum. In hoc verò redemptionis inferno constitutus

22 Sect.42.

Fideles non esse mutuatos diuisionem locorum infernalium à poëtis & philosophis, licet quædam huic aliquo pacto similia tradiderint: sed eam hausisse ex scripturis.

Hæretici ethnicis hac in parte deteriores.

Quæritur ad quos inferos Christus descẽderit, et quibus bonis istic constitutos donauerit.

Quòd Christus descenderit ad infernum, sinũ Abrahæ.

1 Nominatim Virgilius libro 6. Æneidos.

2 Plato in Gorgia. & Plutarchus in cõ. de dæm.

3 Vide suprà sect. 16.

4 Vide Ambrosium & Basilium in Psal. 48. ad hæc verba.

5 Psal. 48.

6 cap. 13.

7 Cyrillus Ierosolymitan. cathechesi 14. & Ruffinus in expositione symboli.

8 Psalm. 29.

9 Psalm. 48.

tutus Christus, [10] prædicauit spiritibus qui istic erant, teste beato Petro. qui vt ostenderet fructum mortis eius ad omnes omniũ temporum bene mortuos pertinuisse, vbi memorauit eum mortificatum fuisse carne, viuificatum autem spiritu, ait ipsum in hoc spiritu venientem, siue profectum, prædicasse & his qui in carcere erant spiritibus, aliquando incredulis, quando expectabatur Dei patientia in diebus Noe quum fabricaretur arca. Distinctè namque loquitur de aliquando incredulis: hoc est, de iis qui licet principiò fuissent infideles, postea tamen pœnitentia ducti crediderant: non verò de semper, id est, vsq; ad mortem incredulis. & eo ipso quo ait Christum ne hos quidem mortuos esse dedignatum sua prædicatione, haud obscurè significat eum proculdubiò dignatum esse sua prædicatione cæteros spiritus piorum, qui hos & præcessissent iam inde ab origine mũdi, & postea secuti fuissent: de quibus minor esse poterat dubitatio, siue propter Legis adiutorium, siue quia qui [11] vixerant circa tempora diluuij, fuerant omnium hominum flagitiosissimi. Et verò digna hîc est obseruatione Dei erga nos benignitas, quòd sicut meliorem humanæ naturæ in Christo partem, modò [12] animam, modò [13] spiritum appellauit in euangeliis: ita non solùm expresè tradidit animam Christi venisse ad Inferos, sed etiam idem nomine spiritus significauit. idque eodem planè modo, id est, cum articulo, τῷ πνεύματι ἐν ᾧ: additis insuper quæ eum distinguerent à spiritu qui est Deus, vel Dei gratia. prædicare [14] enim est rationalis creaturę missæ à Deo. & venientẽ, siue profectũ prædicare, haud obscurè significat migrantẽ ex loco, putâ vbi [15] commendatus fuerat in manus Patris, ad locum piorum spirituum. Et sicut Christus mortificatus carne dictus est, quia secũdum carnem mortificatus est, cui mors accidit;

Quòd Christus in inferno, sinu Abrahæ cõstitutus, prædicauerit spiritibus qui in eo erant.

Excutitur locus 1. Petri 3. de prædicatione spiritibus à Christo facta.

10 1. Petri 3. & vide Irenæũ in fine lib. 5. aduersus hæreses. Athanasium in epistola ad Epictetũ, & in lib. De incarnatione Verbi, & in tractatu De salutari Christi aduentu aduersus Apollinariũ, & in sermone contra omnes hęreses. Cyrillũ in libr. De recta fide ad Theosium, & in libr. De orthodoxa fide ad Reginas, & libr. 12. in Ioannẽ c. 36. Hilariũ in cõmentariis in Psal. 118. ad verba, Quando consolaberis, siue (vt ipse legit) exhortaberis me? & in Psal. 141. Augustinũ epistol. 99. Auctorem cõmentariorum in epistolas Pauli sub nomine Ambrosij in c. 10. ad Rom. ad verba, Quis descendit in abyssum? & Oecumeniũ in hunc Petri locum. 11 Genes. 6. 12 Matth. 26. & Ioan. 12. 13 Matth. 27. Lucæ 23. Ioan. 19. 14 Roma. 10. 15 Lucæ 23.

accidit; non verò per carnem, quæ ipsi mortem intulerit: ita viuificatus spiritu dictus est, quia secundum spiritum viuificatus est, vt totus viueret Deo, qui antea carnis suæ & infirmitatibus erat obnoxius, & necessariæ curæ addictus, iuxta[16] illud Pauli, Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit Deo. non verò quòd fuerit viuificatus per spiritum & eius gratiam: tametsi hoc in se sit verum, & Spiritus seu Verbum nunquam animam deseruit. Porrò licet eorum quæ annunciantur, ingens sit multitudo & varietas, etiam in scriptura: tamen cum ex re-ipsa, tum ex eo quod Petrus paulò pòst[17] ait, mortuis esse euangelizatum, intelligimus Christum omnibus piis spiritibus qui in[18] carcere erant, prædicasse euangelium, id est, bonum nuntium. φυλακὴ enim Græcis auctoribus vulgariùs, &[19] noui Testamenti scriptoribus constanter carcerem significat. & quòd Caluinus[20] scribit, pucrile esse concludere in carcere animas mortuorum, apertè iniuriosum est in scripturam. tradit enim apertissimè etiam aliis locis carceres animarum: nominatim apud[21] Isaiam &[22] Matthæum. & quod amplius est, ascribit morti & inferno[23] ostia,[24] portas,[25] claues: ait quosdam[26] claudi in carcere:[27] ascribit damnatis ligaturam manuum & pedum: vocat[28] aliquos vinctos spei. estq́; hoc ipsum velut naturaliter animis hominũ inscriptum: in tantum vt ne ipsi quidem ethnici ignorauerint Infernum esse carcerem animarum. Hoc autem bonum nuntium quod fuerit, si non fuit annuntiatio redemptionis generis humani, & iam-iam instans ex carcere eductio? Ista enim sunt sanctis captiuis euangelium per excellentiam. Igitur Christus prædicauit siue annuntiauit omnibus sanctis spiritibus gratiam humano generi exhibitam per mortem suam, & iam-iam instantem ipsorum liberationem.

16 Rom. 6.
17 1. Petri 4.
18 1. Petri 3.
19 Matth. 5. & 25. Luc. 3. & 12. Ioan. 3. Act. 5. & 12. & aliis locis.
20 Lib. 2. Instit. c. 16. sect. 9.
21 cap. 24.
22 cap. 5.
23 Iob 38.
24 Isai. 38. & Iob 38.
25 Apoc. 1. 9. & 20.
26 Isai. 24.
27 Matt. 22.
28 Zachar. 9.

Quòd Christus prædicauerit siue annuntiauerit sanctis spiritibus in carcere detentis bonum nuntium.

Quòd retinẽda sit lectio carceris, quã Caluinus hìc mutat in speculam.

Caluinũ scribere puerile esse concludere in carcere animas defunctorũ, quod apertè iniuriosũ sit in scripturã.

Bonum nuntiũ à Christo spiritibus prædicatũ quod fuerit.

Quòd Christus annuntiauerit sanctis spiritibus redemptionem generis humani esse factã per mortem suam, et instare eorum liberationem ex carcere infernali: quòd eos ineffabili gaudio affecerit.

rationem. Quanta porrò lætitia perfusi fuerint ad hoc euangelium, quæ lingua exposuerit? Sed omnem cogitationem longè superauit felicitas quam ex præsenti eius conspectu sunt assecuti. Suprà audiuimus varias huius loci appellationes ex Scriptura, quæ eius qualitates nobis aperiunt. sed Paradisi nomen non memorauimus, propterea quòd id ei non conuenerit, nisi per Christi descensum. Is ergo iam-iam ad eum descensurus appellauit paradisum,[29] dicens latroni, Hodie mecum eris in paradiso. cur ita? nimirum quia tum huic, tum aliis omnibus qui istic erant, consummatæ (vt[30] Hilarius inquit) beatitudinis delitias erat daturus ex sui, qui Deus erat, conspectu. paradisus enim quum propriè dicatur[31] hortus ille voluptatis à principio plantatus à Deo, & per translationem ipsum cælum[32] plenum immensis delitiis, vtique ipsa sapientia huic loco non tribuisset eodem tropo, nisi istic eiusdem beatitudinis delitias repræsentasset. Porrò quam aduenies sanctis prædicauit liberationem, hanc etiam exhibuit. nam ad hunc vsque descensum[33] diabolus & mors etiam in sanctos hactenus regnauerant, vt eos captiuos in inferno detinerent. Descendens autem Christus hanc munitissimam istorum arcem aggressus, vt[34] eos ex ea erueret, luculentam[35] de his fortibus armatis reportauit victoriam. non quòd non posset etiam absens ipsos in libertatem vindicare; sed quòd istud non parum faciebat ad excitandam spem nostram, & magis ac magis inflamman-

Quòd Christus sua præsentia effecerit vt Infernus sinus Abrahæ fieret paradisus: quòd significet eũ donasse sanctos spiritus summa beatitudine ex suo, qui Deus sit, conspectu.

Quòd Christus descenderit ad infernũ, vt ex eo sanctos Patres liberaret: quódque eos hinc liberauerit, superatis gloriosè diabolo et morte in munitissima hac eorum arce.

29 Lucæ 23.
30 Libro 10. De Trinitate.
31 Genes. 2.
32 Ezech. 28. & Apoc. 2.
33 Vide suprà, sectionem 15.
34 Hanc rationem descẽsus Christi ad inferos Veteres quoque passim memorãt: nominatim Origenes in c. 6. ad Rom. ad verba, Mors illi vltrà non dominabitur. Athanasius in libro De incarnatione Christi. Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 4. Illum. Eusebius Emissenus Homilia 6. & 9. de Pascha. Ambrosius in Psal. 43. in fine, & 48. Epiphanius in panario aduersus hæresim 69 & in Anacephalæosi, & in hæresi Dimeritarum. Chrysostomus Homilia 4. in Marcum. Hieronymus lib. 6. in Isaiam, ad verba, Veruntamen vsque ad infernum detraheris, & in cap. 3. Danielis, ad verba, Qui respondentes regi, dixerunt. Augustinus in Psal. 85. & sermone 181. & 105. Sedulius in c. 5. ad Romanos, ad verba, Regnauit ab Adam vsque ad Moysen. 35 Christum descendentem ad Infernum liberauisse Patres ex eo, etiam passim proditum est à Veteribus: nominatim à Thaddæo apud Eusebium eccle. histor. lib. 1. c. 13. Ignatio in epistola ad Trallianos. Hippolyto martyre in principio libri De Antichristo. Cyrillo & synodo Alexandrina in epistola ad Nestorium. Prudentio in Hymno omni hora dicendo. Lactantio in carmine de resurrectionis Dominicæ die. Hieronymo in c. 4. ad Ephesios. Ruffino in expositione symboli. Bernardo sermone 1. in die sancto Paschæ, & serm. 75 in Cantic. Cantic. & aliis plurimis.

dum noſtrum erga ipſum amorem : ac magnopere pertinebat ad ampliandam eius gloriam, vt quum planè victus putabatur, tum victor inimicorum, etiam in[36] ipſorum arce munitiſſima appareret; & ſe haud indigna ipſorum ſpolia auferret, florem ipſum omnium hominum qui iam inde ab initio mundi vixerát, ſegregatum à peccatoribus. Cuius victoriæ complura extant argumenta. Neque tamen vrgebo ſcripturam illam quam [37] Iuſtinus auctor eſt, Iudæos reſecuiſſe ex Ieremia, quaque etiam [38] Irenęus vtitur, Recordatus eſt Dominus Deus mortuorum ſuorum ex Iſrael qui obdormierant in terra aggeris; & deſcendit ad illos euangelizare ſalutem quæ eſt ab eo, vt ſaluaret eos: ſiue, vt Interpres Irenæi tranſtulit, commemoratus eſt Dominus ſanctorum ſuorum, eorum qui obdormierant in terra ſtipulationis, & deſcendit ad eos extrahere eos, & ſaluare eos. non inſiſtam [39] illi prophetiæ, de manu mortis, ſiue (vt ſeptuaginta verterunt) inferni liberabo eos, de morte redimam eos. ero mors tua ô mors, morſus tuus ero ô inferne. Mihi Dauid à Paulo expoſitus abundè hîc ſufficiet, quorum ille quidem [40] canit, Aſcendiſti in altum, cepiſti captiuitatem : hic verò [41] ſcribit, Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem. nam manifeſtè audimus Chriſtum (de hoc namque eſt ſermo) aſcendentem in altum cepiſſe, putâ ſecum, ſiue (vt Paulus clarius ait) captiuam duxiſſe captiuitatem. & ne ignoraremus vbinam prius hanc captiuitatem captiuam cepiſſet, idem Apoſtolus vim verbi, aſcédiſti, exponens, haud obſcurè ſignificat eam captam fuiſſe in inferioribus partibus terræ ad quas prius deſcenderat: hoc eſt, vt [42] non ſemel diximus, in inferno. quod autem aſcendit, [43] inquit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia. Hanc verò

36 Origenes in c. 6. ad Rom. ad verba, Mors illi vltrà nō dominabitur. & Gregorius Nyſſenus in orat. in Seruatoris noſtri reſurrectionem, nō lōgè à principio.

37 In Dialog. aduerſus Tryphonem.

Quibus ſcripturis Veteres vſi ſint ad probādum hanc victoriam.

38 In fin. lib. 5. aduerſus hæreſes.

39 Oſeæ 13. & vide Cyrillū Ieroſol. catech. 4. & Euſebium lib. 4. demonſt. euang. c. 10.

Efficaciſſimos eſſe locos Dauidis et Pauli ad probandū hanc victoriam.

40 Pſal. 67.

41 Epheſ. 4.

Exponitur germanus ſenſus verborū Dauidis & Pauli.

42 Suprà ſect. 12. & 13.

43 Epheſ. 4.

verò captiuitatẽ fuiſſe ſanctam, ex[44] eo intelligimus, quòd aſcendens in altum ad cælum cælorum, eam cepit, ſiue duxit ſecum. quod eo diligẽtiùs repetimus, quòd ex eis conſtet, nõ conuenire huic loco interpretationem quam [45] hæretici hîc libenter proponunt de captiuis, diabolo, morte, inferno. tametſi alioqui verũ ſit, Chriſtum redegiſſe hos hoſtes in ſuam poteſtatem. Igitur Chriſtus, Dauide auctore, & Apoſtolo interprete, ſanctos captiuos liberauit ex inferno, & ſecum duxit ad cælum. De quorum numero illos non fuiſſe quos[46] Marcion nominauit, ſed quos ſcriptura & eccleſia habuerunt pro ſanctis, vſqueadeo ſemper fuit manifeſtum, vt qui aduerſus eum [47] ex profeſſo ſcripſerunt, non ſint dignati hoc eius commentum argumentis refellere. Atque ex hoc tempore deinceps ſancti non adiuerunt infernum. nõ enim Chriſtus ad eum deſcendit, vt eductis qui in eo detinebantur, captiuitatis locum aliis præpararet; ſed vt his liberatis reliqui ſancti deinceps eum non adirent: vt qui ſuo ſanguine (quod [48] quidam, alioqui doctiſſimi viri, non animaduerterunt) [49] initiauit, ſiue dedicauit nobis viam nouam, ſiue recentem ad ſancta. quod beneficium Veteres non vno modo exprimunt. Thaddæus enim ait apud [50] Euſebium, Chriſtum ſcidiſſe ſepem illam antea nunquam diruptam. Ignatius [51] ſcribit eum dirupiſſe maceriam quæ erat à ſæculo, & medium parietem diſſoluiſſe.[52] Alij autem dicunt eum cõtriuiſſe portas æreas, & vectes ferreos confregiſſe: quæ verba extãt apud [53] Iſaiam & [54] Dauidem. non quòd ignorarent illum quidem ſenſu literali loqui de Cyro, hunc verò de captiuis in hoc mundo: (vt eos [55] ignorauiſſe ſimulat Caluinus) ſed quòd Cyrus vmbra fuiſſet Chriſti: in tantum vt [56] Propheta vocet eum Chriſtum,

44 Apoc. 21.

Hæreticos hîc deflectere à germano ſenſu in alienum.

45 Nominatim Auguſtin. Marloratus in annotationibus marginalibus in hunc locum.

Quòd Chriſtus non liberauerit eos quos Marcion peſſimè pro ſanctis habuit: ſed quos ſcriptura & eccleſia ſanctos indicauerunt.

Quòd Chriſtus effecerit vt ſancti deinceps nõ adirẽt infernũ, dedicata ad cælũ ſuo ſanguine noua via.

Quibus verbis Veteres hoc beneficium ſignificauerint.

Veteres inter alias loquẽdi formulas rectè & ſignificãter hoc beneficiũ ſignificauiſſe verbis Iſaiæ et Dauidis

46 Vide ſup. ſectio. 10.

47 Irenæus, Tertullianus; Epiphanius, & alij.

48 Irenęus in fine lib. 5. aduerſus hæreſes & Tertullianus in lib. De anima, titu. De Inferis. 49 Heb. 10. 50 Eccl. hiſtor. lib. 1. c. 13. 51 In epiſt. in Trallianos 52 Euſebius Cæſarienſis lib 10. demonſtrat. euangel. c. vlt. Hieronymus in c. 2. Ionæ ad verba, Pelagus operuit caput meum. & Chryſoſtomus in demonſtratione aduerſus Gentiles, quòd Chriſtus eſt Deus. 53 cap. 45. 54 Pſal. 106. 55 Inſtit. lib. 2. c. 16. ſect. 9. 56 Iſaias c. 45.

ſtum, & ab hoc Chriſto typico apertè tranſeat ad verum Chriſtum: quotque quæ antiquis illis temporibus contingebant notabiles ex captiuitate liberationes fuerint figuræ huius beneficij Chriſti: & hæc verba optimè exprimant tum ingentem difficultatem egrediendi ex carcere infernali; tum eius deprædationem & abolitionem, quod quidem attinet ad officium detinendi ſanctos captiuos. contritæ enim portæ non ſunt amplius portæ: & vectes confracti, etiam ferrei, inutiles ſunt claudẽdis portis: nec carcer abſque porta & ſeris nomini ſuo reſpondere poteſt. Significauitque olim hoc idem beneficiũ etiam Samſon, quum [57] apprehendit ambas portæ Gazæ fores cum poſtibus & ſera, eaſq; humeris ſuis imponens portauit ad verticem montis qui reſpicit Hebron. Traductis porrò Sanctis in cælum, & via ſecuturis eôdem adaperta, facilè intelligimus, ſinum Abrahæ & paradiſum iam eſſe non infernum, ſed cælum: & ſi ſinus dicas intelligendas eſſe manſiones cæleſtes. in qua ſignificatione accipitur apud [58] Matthæum, ſi quidem [59] Chryſoſtomi & [60] aſſeclarum eius lectionem recipiamus, in ſinibus Abraham, Iſaac, & Iacob; item in [61] precibus eccleſiæ iam inde à temporibus apoſtolicis vſitatis, quibus oramus Deum, vt collocet defunctum in ſinu, ſiue ſinibus Abraham, Iſaac, & Iacob. Manet autem, manebitque, licet vacuus, hic infernus, vt teſtimonium perhibeat tum iuſtitiæ, tum miſericordiæ Dei.

42 SEQVITVR vt diſpiciamus num Chriſtus ad eum quoque Infernum deſcenderit, in quo diximus eſſe pœnas temporales. quam quęſtionem hæretici huius ſæculi vſqueadeò refugerunt, vt ad præcidendum ad eam aditum, deſcenſum Chriſti ad Inferos ſuis prauis interpretationibus vel conſpurcauerint, vel etiam negauerint. Sed bene habet quòd veteres eccleſiaſtici ſcriptores eam non

Figuræ huius beneficij.

57 Iudic. 16.
58 cap. 8.
59 Homi. 27. in Matthæum.
60 Theophylacti & Euthymij in cap. 8. Matthæi.

Sinus Abrahæ & paradiſus quid nũc ſignificẽt fidelibus.

61 Teſte Clemente lib. 8. Conſtit. Apoſt. c. 41. Dionyſio Areopagita in eccle. Hierar. Ambroſio in oratione de obitu Valẽtiniani. Auguſtino lib. 9. confeſſ. c. 3. & li. 2. quęſt. euangel. ca. 38. Prudentio in Hymno in exequiis defunctorũ. Chryſoſtomo Homil. 4. in Marcum, & ipſo eccleſiæ vſu.

Hæreticos huius ſæculi valdè refugere quæſtionẽ, nũ Chriſtus deſcenderit ad infernũ pœnarũ temporaliũ: quã tamẽ Patres & Scripturæ tractauerint & deciderint affirmatiuè.

non refugerunt. ex quorum ſcriptis etiam manifeſtum eſt, eos ſenſiſſe Chriſtum ne hunc quidem infernum dedignatum eſſe ſua præſentia, vt eos ex tormentis liberaret quos eſſe liberandos iudicabat. tantum intereſt inter hæreticos & catholicos ſcriptores. ſed bene habet quòd ſacræ ſcripturæ eam tractauerunt, atque adeò deciderunt eo, quem iſti expoſuerunt, modo. tantum intereſt inter mendacium & veritatem. Dicemus prius de Scriptoribus eccleſiaſticis: deinde de Scripturis quantum ſatis erit. idq; eo libentiùs, quòd harum rerum cognitio pertineat etiam ad deciſionem tum[1] veritatis ipſius Purgatorij, tum [2]loci vbi id eſt ſitum. Igitur qui in Veterum lectione ſunt verſati, hi ſciunt Epiphanium, Hieronymum, Euſebium Emiſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, & alios huius ordinis, abhorruiſſe à placito Origenico de ſalute dæmonum & malorum hominum: & tamen inuenimus eos haud obſcurè ſenſiſſe, Chriſtum ſuo ad Inferos deſcenſu liberauiſſe aliquos ex cruciatibus. ex quo porrò ſequitur ipſos agnouiſſe apud Inferos locum pœnarum temporalium, ſeu locum purgatorium, ad quem Chriſtus deſcenderit. Certè enim Epiphanius[3] ait Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, vt his qui olim ipſum cognouerunt, & ab ipſius deitate non aberrauerunt, verùm propter errores in inferno detenti ſunt, indulgentiam largiretur. Hieronymus[4] ſcribit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ad fornacem deſcendiſſe inferni, in quo clauſæ peccatorum & iuſtorum animæ tenebantur, vt abſque exuſtione & noxa ſui, eos qui tenebantur incluſi, mortis vinculis liberaret. & alio [5]loco tradit eos qui in peccatis Adam, ſeu (vt quidam volũt) erroris inoliti & mortis vinculis tenebantur, reſurrexiſſe cum Chriſto. Euſebius[6] Emiſſenus concionatur, Chriſtum confeſtim ſoluiſſe ſtridorem lugentium, & cathenarum diſrupta cecidiſſe vincula damnatorum.

1 Vide ſuprà, ſect. 25.
2 Vide ſuprà, ſect. 41. in fine.

Veteres Catholicos ſcriptores haud obſcurè ſenſiſſe Chriſtũ ſuo ad inferos deſcenſu liberauiſſe aliquos ex cruciatibus.

Epiphanius.
3 In panario aduerſus hæreſim 46.

Hieronymus.
4 In c. 3. Danielis, ad verba, Qui reſpondẽtes Regi, dixerunt.
5 In cõmentariis in c. 9. Zachar. ad verba, Tu quoque in ſanguine.

Euſebius Emiſſenus.
6 Homilia 1. de Paſcha.

Ambrosius. *7 In lib. De mysterio Paschæ, c. 4.*

torum. [7]Ambrosius scribit expertem peccati Christum, quum ad tartari ima descenderet, seras inferni ianuasque confringentem, vinctas peccato animas, mortis dominatione destructa, è diaboli faucibus reuocasse ad vitam.

Augustinus. *8 Libr. 12. de Genesi ad literam, c. 33.*

Augustinus [8]ait, non immeritò credi, Christi animam venisse vsque ad ea loca in quibus peccatores cruciabantur, vt eos solueret à tormentis, quos esse soluendos occulta nobis sua iustitia iudicabat. quòd eo magis notādum est, quòd is non tam suam quàm ecclesiæ hac de re sententiam referat. ait enim non immeritò credi. Vnde multa his similia inueniuntur apud alios quoque scriptores ecclesiasticos. Nec mirum. huc enim pertinet quòd Zacharias Christum per apostrophen alloquēs [9]ait: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Certum namque est, quę proximè prædicuntur de aduentu Regis Ierusalem super asinam & filium pullum asinæ, de temporibus quietis à bellis, omnibus eius aduentu & natiuitate pacatis, de pace gentibus annuntianda, de potestate eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsq; ad fines terræ, manifeste ad [10]Christum pertinere. Ideoq; ad eundem quoq; pertinet quod additur: Tu quoq; in sanguine testamenti tui, id est, merito sanguinis tui noui Testamenti, emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. In qua apostrophe duo sunt præcipuè notanda: alterum, verbum eduxisti, quod manifestat non esse sermonem de inferno damnatorum ad perpetuas pœnas. alterum, quòd hanc eductionem ait factam ex lacu in quo non est aqua. quod argumento est eum non significare Infernum, sinum Abrahæ, propterea quòd in eo esset aqua consolationis & quietis: tanta, inquam, vt ne desiderium quidem Deum videndi sicuti est, in eo constitutos cruciaret, vt [11]suprà probauimus. Igitur Propheta hac apostrophe significauit Christum liberasse

Zachariā significare Christū liberauisse aliquos ex inferno in quo non erat aqua refrigerās æstuantes ignis incendiis.

9 Zachar. 9.

Germanus verborum Zachariæ sensus exponitur.

10 Matt. 21. Luc. 1. Esa. 52. Ephes. 2. & Psal. 2. & 71.

11 sect. 18.

rasse aliquos ex inferno (qui lacus nomine passim significatur in scripturis) in quo non erat aqua: putâ (vt [12]Hieronymus exponit) misericordiæ: siue (vt idem [13]interpretatur respiciens [14]ad scripturam) aqua refrigerans æstuantes ignis caloribus: qualem desiderabat diues ille quondam purpuratus, cuius lingua magniloqua pœnarum exurebatur incendiis: & in tantum non habebat vlla aquarum refrigeria, vt extremi digiti pauperis tincti in aqua refrigerium postularet. Cur hæretici se in re manifesta cruciant? quò [15]Caluino cum Iudæis mentio captiuitatis Babylonicæ, quam scilicet propheta comparauerit profundo & arido puteo, in quo demersus fuerat populus, nisi vt sciens pereat? quid ei prodest quod addit, simul significari salutem ecclesiæ esse exitum à profundis inferis, nisi quòd ipsi animus est explere odium quod gerit contra locum purgatorium? quis enim dixerit fuisse in profundis inferis qui erant in terra, & emissos esse ex eis qui nunquam ad eos descéderint. Sed vt penitus frangatur huius hominis audacia, adferemus reliqua quæ ad hoc commentum refutandum pertinent. Quod [16]Propheta ait: Et loquetur pacem gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ, proculdubiò significat Christum regnaturum in omnibus gentibus, iuxta similes [17]de eo scripturas. atqui hoc regnũ complectitur conuersionem earum ad Deum, sicut [18]scriptum est, Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium: quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentium: & consequenter continet liberationem à seruitute peccati & diaboli, quam huic hæretico placet appellare exitum à profundis inferis. particula verò, quoque, in verbis sequentibus, tu quoque, & cætera, haud obscurè significat quod dicitur esse aliud & diuersum

12 In c. 9. Zachariæ, ad hæc verba.
13 Eod. loco.
14 Lucæ 16.
15 Instit. lib. 2. ca. 16. sect. 9.
Peruersa Caluini interpretatio verborum Zachariæ, & eius amplior confutatio.
16 Zachar. 9.
17 Isaiæ 52. Psal. 2. & 71. Ephes. 2.
18 Psal. 21.

uersum ab eo quod præcessit. igitur non pertinet ad conuersionem gentium à peccatis ad iustitiam. Hoc autem aliud quid fuerit, nisi quòd ipsa verba sonant? proinde sicut prioribus verbis significatam intelligimus potestatem qua Christus erat regnaturus in vniuersa terra: ita his intelligenda est significata esse potestas quam idem in infernum erat habiturus & ostensurus captiuitate & emissione etiam eorum qui in inferno inferiore exercebantur pœnis temporalibus; & multò magis eorum qui erant in sinu Abrahę. Quid, quòd illud, emisisti, indicat Christum in eo loco fuisse ex quo hos emittebat? non cōuenit autē vt Christus dicatur emisisse eos ex mūdo in quo erat cùm ipsos iustificauit: quia iustificatio non requirit mortem corporalem iustificatorum. Igitur significata est emissio ex carcere infernali. Præterea vincti Christi non dicantur, nisi qui sint serui Christi, id est, qui conuersi fuerint à peccatis ad Deum; præsertim si sit mentio de remissione peccatorum. quare si Caluini sensus esset verus, hi antè educti essent ex inferis, quàm educerētur ex inferis. quod neque rationi, neque Prophetæ conuenit, qui ait, Eduxisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua: & paulò pòst eosdem appellat vinctos spei, id est, quibus spes erat exeundi, dicens ex persona Christi, Cōuertimini ad munitionem vincti spei, hoc est, ad sinum Abrahæ, qui locus munitus est aduersus pœnas præsentis & futuri sæculi. Hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi: nimirum requiem in qua sancti hactenus fuerunt, & fruitionem mei-ipsius, qui sum Deus. Eòdem pertinet iste[19] Petri locus: quem (nimirum Iesum) Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Legunt enim infernum plerique veteres ecclesiastici scriptores, non solùm[20] Latini, sed etiam Græci: nominatim[21] Polycarpus &[22] Epiphanius. & vt eius loco

19 Act. 2.
20 Nominatim Augustinus epist. 57. & lib. 12. de Genesi ad literam cap. 31.
21 In epist. ad Philippenses.
22 Aduersus hæresim 79. quæ est Antimanitarum, & in Ancorato.

Quòd Petrus doceat Deū excitantem Christum soluisse dolores aliquorum qui erant in inferno.

loco mortem cum quibuſdam[23] Græcis legamus, res eòdem recidet, propterea quòd infernus eſſet carcer mortis. ſignificat enim Deũ excitaſſe Chriſtum ſolutis quorundam doloribus quos patiebantur à morte & inferno; vel in morte & inferno: quod lector optimè hoc modo intelliget. Dolores inferni ſiue mortis vel paſſiuè accipiuntur, vel actiuè. non poſſunt autem accipi paſſiuè, niſi per tropum, eo quòd infernus & ipſa mors ſint doloris expertes. tropus verò licet per ſe non ſit inſipidus, tamen non conuenit huic loco, in quo Deus ſignificatur magnum opus perfeciſſe, dum ſoluit dolores inferni ſiue mortis. Actiuè autem accepti dolores non quadrant in Chriſtum, propterea quòd Chriſtus mortuus nihil (vt paulò pòſt[24] intelligemus) paſſus ſit ab inferno & morte. nàm hìc ſermonem eſſe de doloribus qui ſecuti ſint mortem in inferno, & ſoluti ſint in reſurrectione, manifeſtum eſt ex circunſtantiis loci. Igitur relinquitur, ſignificatum eſſe Deum ſuſcitaſſe Chriſtum ſolutis doloribus; non quos ipſe patiebatur, ſed quos quidam alij patiebantur ab inferno & morte: vel in morte & inferno, ſi malimus dicere continens poſitum eſſe pro contẽto: eo quòd impoſſibile eſſet eum ab his teneri. Quod Auguſtinus [25]animaduertens quodam loco, vbi admonet vt teneamus firmiſſimè quæ fides habet fundatiſſima auctoritate firmata, enumerat inter huius generis dogmata etiam iſtud quod dicimus: In quibus, inquit, etiã hoc eſt, quòd apud Inferos fuit, ſolutis eorum doloribus, quibus impoſſibile erat eum teneri. à quibus etiam rectè intelligitur ſoluiſſe & liberaſſe quos voluit: corpuſque quod in cruce reliquerat, in ſepulchro poſitum recepiſſe.

[23] Nominatim Theophylacto in cap. 2. Act.

[24] Infra ſectione 44.

Auguſtinus enumerat inter articulos fidei quòd Chriſtus apud Inferos fuerit, ibique ſoluerit dolores eorum quos voluit.

[25] Epiſt. 99.

43 QVOD autem attinet ad infernum damnatorum ad pœnas æternas, licet veriſimile ſit iſtic conſtitutos ſenſiſſe,

Quòd Chriſtus non deſcenderit ad infernũ dãnatorũ ad perpetuas pœnas: putà præſentia animæ. de quali deſcenſu ſermo eſt in ſymbolo.

sisse, siue occulta Dei virtute, siue per dæmones internuntios, Christi ad superiora inferni loca aduentum: tamen non credimus eum descendisse ad eum; putâ, præsentia animæ. de quo descensu Symbolum loquitur. saluauit[1] namque eum Dominus à descendētibus in lacum, & [2] eripuit animam eius ex inferno infimo: puta, ne ad eum descenderet. Quinetiam nobis certum est, ipsum nullum liberauisse ex hoc inferno: quippe qui dicatur [3] perditio, & lacus[4] iræ Dei, & sit locus damnatorum ad pœnas æternas. Nam quòd plurimi Veterum videntur prima facie his contraria sensisse, eo euenit quòd simplex lector non animaduertit[5] quosdam Infernum non in particulari, sed in generali significatione accipere: alios verò prædicationem euangelij non ad eam annuntiationem referre, quæ fit vt quis ex infideli fidelis & ex scelerato bonus euadat: sed ad [6] peractæ redemptionis, & instantis liberationis, futuræq; resurrectionis nuntiationem: nonnullos[7] autem intelligere damnatis ipso opere prędicatam esse liberationem, non ipsorum, sed eorum qui hic Deo adhæserāt. quomodo si quis dicat Lazari consolationem prædicatam esse diuiti illi immisericordi. Quòd autem Clemens[8] Alexandrinus sensit eos damnatos fuisse saluatos, qui quum absque lege scripta vixissent moribus naturæ consentaneis, Christo in inferno fidei mysteria prædicanti crediderant; tantum abest vt ab ecclesia sit receptum, vt [9] Chrysostomus id vocet anilem fabulam: eiusq; argumentis tum ipse, tū [10] Augustinus quoque, licet tacito eius nomine, respondeant. Visus enim est ipsis aliqua venia dignus, tum propter antiquitatē & eruditionē, tum quia deceptus fuit superficie verborum Petri, quem non animaduertit longè distinctius loqui, atque prima facie videatur. Sed qui prædicante apud Inferos Christo omnes infideles credidisse, & ex inferno liberatos fuisse docuerunt,

1 Psal. 29.
2 Psal. 85.
Quòd is neminem liberauerit ex hoc inferno.
3 Iob 26. & 28. & Prou. 15.
4 Apoc. 4.
Causa cur quidam Veterum videātur prima facie quædam his contraria sensisse.
5 Nominatim Hieronymū in c. 13. Oseæ.
6 In hoc numero est Athanasius in libro De incarnatione Verbi.
7 Oecumenius videtur sic sentire in cap. 1. Petri 3.
8 Lib. 6. Stromatωn.
Error Clemētis Alexandrini non receptus ab Ecclesia.
9 Homil. 37. in Matthæum.
10 Epist. 99.
Quòd relati fuerint in numerum hæreticorum qui senserunt prædicā-

cuerunt, confestim inter hæreticos à [11] scriptoribus ecclesiasticis numerati, posteà à synodo quoque Romana sub Zacharia damnati fuerunt: eo quòd aduersa fronte pugnarent cum scriptura. quæ cum alia multa huc facientia, tum hoc quoque [12] prædicat, Christum non mortem, sed morsum inferni fuisse: quia [13] sicut ex eo quod mordemus, partem abstrahimus & partem relinquimus: ita is abductis quos esse liberandos iudicauit, in eo reprobos reliquerit.

te apud inferos Christo omnes infideles credidisse et saluatos fuisse.

11 Nominatim à Philastro & ab Augustino in lib. de hæresibus c. 79. & Gregorio epist. 15. libr. 6.

12 Oseæ 13.

13 Gregorius Homilia 22. in euangelia.

44 HABEMVS quæ diuinitus nobis sunt reuelata de descensu Iesu-Christi ad Inferos: & ex eis intelligimus quàm studiosè Deus curauerit, vt eum plenè cognosceremus. quid enim reuelare debuit vt eum penitus perspectum haberemus, quod non sufficienter memoriæ prodiderit? Nunc expugnāda est omnis impia assertio, & cuncta hæreticæ interpretationis transcurrenda sunt commenta, vt veritas huius descensus per ea-ipsa quibus oppugnatur, eluceat. Inter quæ hoc primò occurrit, quod quidam [1] fanatici homines tradunt, animam Christi fuisse apud inferos perpessam pœnas damnatorum: hoc prætextu quòd [2] scriptum sit, Deum excitasse Iesum solutis doloribus Inferni. Qui si tum alia clariora loca (ex quibus sensus obscuriorum est colligendus) tum ipsas huius scripturæ circunstantias examinassent, nunquam in hanc blasphemiam incurrissent. Etenim filius [3] hominis fuit in corde terræ, sicut Ionas fuit in ventre ceti, teste Christo. Constat autem Ionam istic constitutum neque à mari, neque à bellua quippiam mali esse passum. quod pulcherrimè expresserunt Sedulius libro primo carminum, & Paulinus in carmine ad Cytherium. Igitur Christus nihil mali passus fuit in corde terræ, id est, in inferno. sicut nec secundum corpus quippiam passus fuit in sepulchro, ne à [4] corruptione quidem. In quam rem idem rursus nobis

Cōfutatio hæreticorum qui blasphemant Christum in inferno pertulisse pœnas dānatorum.

1 Teste Rodolpho Gualtero Tigurino Homil. 15. in Act. Apostolorum. & vide supra, sect. 1.

2 Act. 2.

3 Matth. 12.

4 Act. 2. & Psal. 15.

S 2 vali-

validissimum argumentum suppeditat, quum se in[5] paradiso futurum eo ipso die quo mortuus est significauit, & moriens spiritum[6] suum in manus Patris commendauit: tantùm abfuit vt eum cruciandum diabolis tradiderit. Cuius cruciatus nulla alia causa ab istis possit confingi, quàm vt eo redimeremur. Ea verò & contraria est verbis Christi[7] quibus ait, Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. venit nox quando nemo potest operari: & iniuriosa in eius sanguinem & mortem, cui scriptura passim & plenè ascribit nostram[8] redemptionem, [9]reconciliationem, [10]ablutionem: in tantum vt[11] pronuntiet, nos esse sanctificatos per oblationem corporis Iesu semel, eumque dicat vnica oblatione consummasse in perpetuum sanctificatos. Ideoque quod à beato Petro dictum est de solutione dolorum inferni, non ad Christi, sed ad aliorum in inferno detentorum dolores pertinet. impossibile namque fuit eum teneri, siue vinci & capi ab inferno, vt idem [12]Petrus ait: & consequenter ne ad tempus quidem ab eo victus & vexatus fuit. Quod veteres considerantes diligenter admonuerunt eum [13]nihil mali passum fuisse in inferno, eum [14] liberum fuisse inter mortuos, eum potuisse liberare animã suã de manu inferni.

Confutatio erroris Centuriatorum Magdeburgensium.

45 QVÆ quum Magdeburgenses Centuriatores cognita haberent,[1] maluerunt ignorantiam eorum quæ hîc gesta fuerunt profiteri, quàm aut hæc tam impia tradere, aut in viam veritatis redire.[2] Scribunt enim quanam ratione omnia hîc sint gesta, non esse expresse traditum: nisi quod 1. Pet 3. scriptum est, quòd Christus & his qui in carcere erant veniens prædicarit. fortè enim & satis nobis esse genus nos tenere, exactam explicationem huius mysterij in altera vita audituris. Sed quis nescit, quòd vulgò etiam pueris in ore est, Omne fortè quod sic, solui per fortè quòd non? aut quis fidelis vnquam ita locutus

est in

5 Lucæ 23.
6 Ioan. 19.
7 Ioan. 9.
8 Ephes. 1. & 1. Petri 1. & 3.
9 Ephes. 2. & Colossi. 1.
10 1. Ioan. 1. & Hebr 9.
11 Hebr. 10.
12 Act. 2.
13 Nominatim Hieronymus in c. 3. Danielis ad verba, Qui respondẽtes Regi, dixerunt. & Eusebius Emissenus Homil. 2. & 7. de Pascha.
14 Vide Veteres quos citauimus sect. 16. sub finem.
1 Vide suprà, sect. 1.
2 Centuriæ 1. libr. 1. c. 10.

est in articulis fidei? Proditæ sunt in scriptuta causæ & circunstantię speciales cæterorum œconomiæ Iesu Christi factorum, symbolo comprehensorum. neque hæ latent eos qui in sacrarum literarum lectione sunt versati. An putandum est Spiritum sanctum minus in hac vna particula, quàm in cæteris partibus, fuisse liberalem? Minimè verò. sed Magdeburgenses centuriatores obstinauerant animis non agnoscere veritatem quam Ecclesia profitebatur: & quum prior error displiceret, confugerunt in rebus notissimis ad miserabilis ignorantiæ professionem. Extabant enim veræ huius descensus causæ in Scriptura haud obscurè traditæ. nec difficile erat eas, etiam ex scriptorum ecclesiasticorum libris, cognoscere. & vel hoc vnum [5] quod ex Petro referunt, potuit eos in viam veritatis reducere. quo enim prædicatio Christi iis qui ad æterna supplicia essent condemnati? Et hi tamen, sicut & præcedétes, in eo sunt laudandi, quòd verum aliquem Christi ad inferos descensum agnoscant. Reliqui verò hęretici hoc istis grauiùs peccant, quòd quem verbis profitentur descensum, eum re-ipsa inficientur.

5 1. Petri 5.

46 INTER quos esse dixi mus qui scribant verbis, descendit ad Inferos, repeti quod prius de sepultura dictum fuerat, hoc prætextu, quòd Infernus sæpius (vt aiunt) pro sepulchro ponatur in scriptura. Atqui suprà [1] diximus, neq; ᾅδην Græcis, neque infernum Latinis vnquam significare [2] sepulchrum: quibus tamen nominibus Græci & Latini iam inde ab initio in symbolo vsi sunt. & vt-vt sit de ambiguitate Hebraici vocabuli *scheol*, si Apostoli de sepulchro loqui voluissent, habebant ad manum [3] *qeber*, & alia quædam vocabula solum sepulchrum significantia, quibus vtique in Hebraico fidei compendio, quod oportebat quoque esse clarissimum, potius vsi fuissent, si id significare voluissent, quàm nomine *scheol*, siquidem fuisset ambiguum.

Quòd hæretici qui docent verbis, Descẽdit ad inferos, repeti quod prius de sepultura dictũ fuerat, grauiter errent.

1 Suprà, sectione 1.
2 Suprà sectione 14.
3 Genes. 23. I sal. 5. Iere. 8.

biguum. Deinde quis credet locum esse potuisse battalogię in summa fidei, cuius est pręcipua eius capita quàm fieri potest paucissimis verbis tradere? Postremò quum vbi duę locutiones eandem rem significantes connectuntur, id soleat obseruari, vt posterior sit prioris epexegesis; qualis, amâbo, fuerit ista epexegesis, si quis ita loquatur, quòd Christus sepultus esse dicitur, significat eum ad inferos descendisse? Si hoc quemuis dedecet, an non multò magis Apostolos totius orbis magistros? scilicet hi rem per se notam, verbis manifestis in compendio fidei demonstratam, obscuriore deinde verborum complexu celauerint. Itaq; Ruffini auctoritas nihil istos iuuerit, etiamsi idem sensisset quod ipsi, illic[4] vbi præfatus particulam descendit ad inferos, neque in ecclesiæ Romanæ symbolo, neque in ecclesiis Orientis haberi, addidit, vis tamen verbi eadé esse videtur in eo quod sepultus dicitur: tametsi ne hic quidem istud sensit. solum enim significare voluit vim particulæ, descendit ad inferos, innui eo ipso quo dictus est fuisse sepultus: non quòd descendere ad inferos & sepeliri, essent synonyma: sed quòd qui dictus est sepultus, putâ, secundum corpus, sicut alij homines, vnà quoque tectè significatus sit descendisse sicut alij ad inferos secundum animam. Ruffinus enim paulò pòst discernit particulari tractatu sepulturam à descensu ad inferos. & vbi in huius probationem citauit quas ex [5] Origene sumpsit scripturas allegoriæ nubilo inuolutas, adfert etiá[6] hanc, Tu es qui venturus est, an alium expectamus? cuius sensum Ruffini sententiæ congruum, & his hæreticis aduersum, videre est apud [7] Hieronymum & [8] Chrysostomum. item [9] istam, non derelinques animam meam in inferno. item [10] illam, in quo & his qui erant in carcere spiritibus veniens prædicauit. eiq; addit: in quo etiá quid operis egerit in inferno declaratur. Scilicet probabile erit

Ruffinum nihil posse iuuare hos hæreticos.

4 In expositione symboli.

Ruffinum non sensisse quod hæretici ei ascribunt.

5 In ca. 6. ad Rom. ad verba, Mors illi vltrà non dominabitur.

6 Matth. 11.

7 In cōmentariis in ca. 11. Matthæi.

8 Homil. 37. in Matthæum.

9 Psal. 15. & Act. 2.

10 1. Pet. 3.

erit Ruffinum sensisse Christum in sepulchro prædicasse spiritibus qui nõ erãt in sepulchris: & qui talia cõfingunt, non clarè ostendunt quàm solida sit ecclesiæ de his verbis sentẽtia. Transeamus ergo ad examẽ hæresis Caluini.

Caluini interpretationẽ qua descẽsum Christi ad inferos interpretatur, esse perpessionẽ pœnarum damnatorum quas in anima pertulerit cùm hic pateretur, nõ conuenire verbis symboli.

47 Is autem descensum Christi ad inferos interpretatur (vti [1] diximus) fuisse perpessionem pœnarum damnatorum, quas in anima pertulerit quum hîc pateretur. Quid? num hæc interpretatio præcedente verisimilior est? minimè. eo verò etiam multis partibus peior est, quòd non vnam falsitatem & blasphemiam secum trahit. Res ipsa indicat symbolum debuisse scribi verbis popularibus. idq; Caluinus adeò non negat, vt [2] apertè scribat, constare inter omnes id populariter esse scriptum. Hæc autem eius interpretatio manifestè aliena est à populari verborum, descendit ad inferos, significatione, vel teste conscientia vulgarium discipulorum ipsius. cui namque ea venisset in mentem, nisi prius eam ab ipso didicisset? Igitur nullo modo conuenit symbolo. Deinde scripturæ frequenter vtuntur eisdem verbis, dum aiunt hos vel illos [3] descendisse, [4] descendere, & [5] descensuros esse ad inferos. sed nusquam ea accipiunt in hac noua significatione. tantum abest vt alicubi aut dicant Christum, quum in passione graues dolores perferret, descendisse ad inferos: aut exponãt pœnas quas in anima pertulerit, esse descensum Christi ad inferos. proinde hæc eius interpretatio aliena est à phrasi Scripturarum. quam tamen tum hunc, tum eius socios maximè ęquum fuerat sequi: quippe qui [6] tradant hanc particulam fuisse ex scripturis insertam symbolo post eius editionem. Præterea Apostoli [7] suprà docuerant Christum passum fuisse. Id verò quia generaliter est positum, significabat omnes Christi passiones. neq; enim dixerunt eum hôc vel illud passum fuisse: sed tantùm passum sub Pontio Pilato, vtiturque etiam

1 Supr. sect. 1.
2 Lib. 2. Insti. c. 16. sect. 17.
3 Genes. 37. Num. 16. Iob 7.
4 Iob 21.
5 Iob 17. & Psal. 54.
6 Caluinus lib. 2. Instit. cap. 16. sect. 8.
7 In symbol.

scriptura

ſcriptura frequenter hac generali ſignificatione: nominatim Luc.22. & 24. Act.14. & 1.Pet.1. Quare etiamſi quòd Caluinus blaſphemat de inuiſibilibus paſſionibus, eſſet verum: falſum tamen eſſet quod [8] ait, verbo, paſſus, viſibiles paſſiones ſignificari, inuiſibiles verò verbis, deſcendit ad inferos. Si verò id interpretetur de omnibus paſſionibus; quid neceſſe erat particulatim repeti in compendio fidei quod generali verbo comprehenſum erat? Poſtremò hac opinione manifeſtè peruertitur ordo rerum: eo quòd morti & ſepulturæ ſubiiciatur quod eas præceſſit. nam quod [9] idem hanc exceptionem vocat friuolam atque adeò ridiculam, propterea quòd eis quæ in hominum conſpectu paſſus eſt Chriſtus, optimè ſubiiciatur (vt ait) inuiſibile iudicium quod coram Deo ſuſtinuit, nihil eſt. neque enim propterea minus peruertitur ordo hiſtoriæ: ſecundum quam dicendum fuiſſet, paſſus, crucifixus, deſcendit ad inferos, mortuus & ſepultus eſt. manifeſtumq; eſt, etiam ex ſymbolo, Apoſtolos nõ tanti feciſſe viſibilium ab inuiſibilibus diſtinctionem, vt eius cauſa peruerterent ordinem hiſtoriç: quippe qui & antea conceptionem inuiſibilem natiuitati viſibili, & poſtea reſurrectionẽ [10] inuiſibilẽ aſcenſioni viſibili præpoſuerunt.

8 Inſtit. lib. 2. c. 16. ſect. 10.

9 Caluinus eodem loco.

10 Vide Auguſtinũ epiſt. 112. ad Paulinam c. 4.

Caluinianã deſcenſus Chriſti ad inferos interpretationẽ non ſolũ nõ cõuenire ſymbolo, ſed etiã falſam eſſe et multis modis blaſphemam.

48 Et hæc quidem manifeſtè docent, Caluini interpretationem nullo pacto conuenire ſymbolo. probãdum autem nũc eſt, falſam quoque eſſe, & multis modis blaſphemam. [1] Audiuimus eum definire deſcenſum Chriſti ad inferos perpeſſione pœnarum & mortis damnatorum. Huius verò exordium [2] ſcribit tunc fuiſſe quum in horto mortem deprecatus eſt. Sed in hanc rem citat neminem: quippe qui eius auctor eſt. nullæ enim ſcripturæ, imò ne vlli quidem ſcriptores eccleſiaſtici, tale aliquid prodiderunt. & Chriſtus non ſolùm in horto, ſed etiam alias

Deſcẽſus Chriſti ad inferos quid ſit Caluino.

Quãdo Caluinus dicat Chriſtum incepiſſe deſcendere ad inferos, id eſt, pati pœnas & mortem damnatorum: & quàm malè.

1 Suprà, ſectione 1.

2 Libro 2. Inſtitut. c. 16, ſect. 12.

[3]aliâs, turbata quoq; antè anima, mortem est deprecatus. Porrò hoc exordium ita tractat, vt id præcipuè exponat [4]ingenti tristitia animæ, concepta ob instantes pœnas inuisibiles; [5]timore amittendæ salutis æternæ, & acquirendæ maledictionis ac iræ Dei: [6]lucta cum inferorum copiis, æternæque mortis horrore: quæ in eo[7] vsqueadeò graues dolores excitauerint, vt ter repetita oratiõe mortem deprecatus sit, vt guttæ sanguinis ex eius facie fluxerint, vt necesse fuerit angelos qui insolita consolatione eum erigerent, è cælo descendere. in quibus tamen omnibus non peccauerit propter moderationem affectuum quæ in eo fuerit. Et quidem quòd Christus insigni tristitia affectus fuerit, quòd timuerit, quòd in certamine positus fuerit, extra omnem controuersiam est: quia [8]Euangelistæ hæc apertissimè memoriæ prodiderunt. nec est qui cum Caluino de his vel vnum verbum commutet. tametsi is[9] improbissimè fingat sibi de his rebus improbè controuersiam moueri: & quòd Ambrosius in [10]eos scribit qui simulatam Christi tristitiam siue hæresi Marcionis, siue rudi simplicitate prædicabant, id in Catholicos contorqueat, qui tristitiam, timorem, luctam Christi tam verè agnoscunt, quàm eum verè fuisse hominem prædicant. Sed quòd Christus tristis fuerit ob instantes pœnas inuisibiles, quòd timuerit amissionem salutis æternæ, & maledictionem ac iram Dei, quòd sit luctatus cum inferorum copiis; idque (vt [11]ait) quasi consertis manibus: hæc sunt quæ præcisè negamus, & propter quæ insuper ei blasphemiæ crimen summo iure impingimus. nulli enim Apostoli hæc prodiderunt: nulli Euangelistæ hæc scripserunt: non ipse Paulus, cuius[12] verba in alienum sensum torquentur. Caluini hæc sunt commenta. à quibus scriptura tantum abest, vt licet omninò verisimile sit Christũ timuisse quod est deprecatus,

3 Ioan. 12.

Caluinus quibus rebus exponat exordiũ descensus Christi ad inferos.

4 In cap. 26. Matth.

5 Lib. 2. Insti. c. 16. sect. 12.

6 Eiusdẽ capit. sect. 10.

7 Sect. 12. eiusdem cap.

Quæ in hac parte prodita sint à scriptura.

8 Matth. 26. Mar. 13. Lu. 22

Quòd Caluinus improbè fingat sibi cõtrouersiã moueri à Catholicis de rebus quas iidem in scriptura proditas agnoscũt.

9 Eadem sectione 12.

10 In cõmenta. in c. 22. Luc.

Quæ Caluinus rebus à scriptura proditis addat aliena à scriptura: imò etiã blasphema.

11 Sect. 10. cap. 16.

12 Hebr. 5.

id eſt, mortem: tamen ne hoc quidem vſpiam expreſſis verbis dixerit. ſicut neque apertè expoſuit cur ſudauerit quaſi guttas ſanguinis decurrentis in terram, & quare ei apparuerit angelus de cælo confortans eum: licet non ſit obſcurum harum rerum cauſam aliquam minimè vulgarem fuiſſe. Oportebat autē eum in rębus, etiā[13] ipſius iudicio, maximis, atque adeò talibus, vt ex eis articulum fidei conſtruat, non ſuam interpretationem in locum ſcripturæ ſubſtituere, ſed Dei verbum proferre; idque ſolùm: abſque additione, inquam, & planè tale quale eſt. ſed is quę nuſquam extant in ſcriptura, & maximam probationem requirunt, perinde memorat, atque ſi in ea ſcripta extarent. & inſuper[14] ex quaſi guttis ſanguinis guttas ſanguinis, & ex angelo angelos facit, vt ſuo propoſito magis ſeruiant. ſimiliſque impiæ auxeſis, imò & maioris, exemplum extat in nouo[15] Teſtamēto Gallico impreſſo Geneuæ anno 1566. & in confeſſione fidei 37. articulis comprehenſæ, in quam iurant omnes miniſtri Belgij, vbi[16] ſcriptum eſt Chriſtum ſudauiſſe ſanguinis & aquæ grumos. Idemque Caluinus etiam corrumpit textum Apoſtoli in epiſtola ad[17] Hebræos. nam quo loco legimus Chriſtum exauditum fuiſſe pro ſua reuerentia, ipſe vertit ἐυλάβϛαν per metum, interpretaturque eum exauditum ex ſuo metu, ſiue ex eo quod metuebat, putâ, ne malis obrutus ſuccumberet, vel à morte abſorberetur. Apoſtolus enim, etiam in eadem epiſtola, diſtinguit metum ab eulauia, id eſt, à reuerentia & pietate, quum[18] ait: Itaque regnum immobile ſuſcipientes, habemus gratiam, per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia. etenim Deus noſter ignis conſumens eſt. tametſi & hic locus ſit corruptus in Bibliis Caluiniſtarum: & res-ipſa euincat Apoſtolum[19] ſuperiori loco reſpexiſſe ad illam reuerentiam, qua ſe totum contra timorem

13 Sectio 8 eiuſdem cap.

14 Sect. 11. *Impiæ Caluini & aliorū quorūdam hæreticorū auxeſes.*

15 *Et ſa ſueur deuint cōme grumeaux de ſang.*

16 Artic. 21. *Quòd Caluinus corrumpat textum Apoſtoli in epiſtola ad Hebr c. 5.*

17 Hebr. 5.

18 Hebr. 12.

19 Hebr. 5.

morem

morem carnis permiſit Patris voluntati tam apud [20] Ioannem, quàm apud [21] alios Euangeliſtas. Sed accedamus propiùs ad caput quæſtionis. Cogitationes de morte fuiſſe cauſam triſtitiæ, metus, & luctæ Christi, verú eſſe videtur ex circunſtantiis [22] Euangeliſtarum & [23] Pauli. Cæterùm quæ hæc mors fuerit, aliunde non poſſumus meliùs diſcere, quàm ex ipſis precum verbis quibus in eius deprecatione vſus eſt. Legimus autem apud [24] Ioánem, eum quandoque his verbis orauiſſe: Pater ſaluum me fac ex hac hora: ſed propterea veni in hanc horam. Conſtat verò tum ex ſimilitudine frumenti cadentis in terram & morientis, quæ præcedit: tum ex eo quod paulò pòſt ſequitur, Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me-ipſum, ei ſermonem fuiſſe de hora [25] qua tranſiturus erat de hoc mundo ad Patrem per mortem corpoream, eamque crucis. alterius verò mortis ne minimum quidem verbulum iſtic extat. Rurſus, ſcimus ex [26] Matthæo, [27] Marco, [28] Luca, quum inſtante morte oraret vt tranſiret à ſe hora, cum his verbis eſſe allocutum Patrem, Transfer à me hunc calicem, ſiue tranſeat à me calix iſte. Atqui Petrus paulò [29] pòſt reprehenditur, quòd gladio reſiſtere conaretur potui huius calicis, quo vtique non poterat reſiſtere morti damnatorum. & Iacobus [30] & Ioannes biberunt calicem quem Chriſtus bibit, qui tamen non biberunt calicem mortis damnatorum. Igitur cogitationes de paſſionibus huius ſæculi, & ea quæ ſecuta eſt, morte corporea, fuerunt cauſa triſtitiæ, timoris, & luctæ Chriſti. Qua doctrina fidelis contentus eſſe debet, etiamſi non poſſit certò exponere quî factum ſit vt ad cogitationes de morte, quam nonnunquam etiam gregarij homines vel placidè obeunt, vel alto quoque animo contemnunt, ita affectus fuerit, vt cum lachrymis & clamore valido eam pluries deprecaretur, eiuſque

20 cap. 12.
21 Matt. 26. Mar. 13. Luc. 22
22 Eiſdē locis.
23 Hebr. 5.
Quòd cogitationes de paßione & morte corporea fuerint cauſa triſtitiæ, timoris, et luctæ Christi.
24 cap. 12.
25 Ioan. 13.
26 cap. 26.
27 cap 13.
28 cap. 22.
29 Ioan. 18.
30 Matt. 20.

instantis causa tristis esset vsque ad mortem, id est, maximè tristis, in certamine esset, sudaret quasi guttas sanguinis, & ab angelo de cælo se in eius conspectum dante roboraretur: quandoquidem non placuit Deo id particulatim nobis exponere verbo suo: certus nihilominus iustas harum rerum causas fuisse quæ ipsum ab omni mollitie vindicarent. Quarum nonnullas Scriptores ecclesiastici in tantum probabiles prodiderunt, vt etiam morosis satisfacere possint. Christus diligebat suprà quàm dici potest, gentem Iudaicam, & præsciebat Deum eam, paucis exceptis, [31] deleturum de libro viuentium illatæ huius mortis causa. nouerat quoque hanc suam mortem à longè maxima orbis parte contemptam futuram esse mundo occasionem [32] maioris damnationis. & mirabimur si qui præuisam vnius ciuitatis ruinam defleuit, is in suæ mortis cogitatione defixus his de causis insigniter tristis fuit, si eam exhorruit cogitationibus inter se velut luctantibus; si denique qui prius ob paucorum ruinam lachrymas profuderat, nunc ob maiorem innumerabilis multitudinis damnationem exudat quasi guttis sanguinis decurrentis in terram? Idem etiam vt erat secundum carnem singulare & eximium Dei opificium ex purissimo Mariæ virginis sanguine constructum: ita nactus erat corpus maximè sensibile: nostris corporibus peccato corruptis in quendam sensus stuporem vergentibus: & exactè nouerat atque experturus erat quot & quantæ essent in morte angustiæ: quas tantum abest vt cognitas habeamus atque experiamur, vt morte imminente omnem earum sensum magnitudine dolorum amittamus. gradum verò præscientiæ mali naturaliter consequitur par tristitia & metus. His accessit quòd [33] quum suo mortis timore curare deberet nostrum vtriusque mortis timorem, cuius seruituti eramus per totam vitam obnoxij, diuinitas

Causæ probabiles admirabilis tristitiæ & timoris Christi.

31 Psal. 68.

32 Lucæ 2.

33 Hebr. 2.

uinitas eatenus cessit ad tempus locum infirmitati carnis, quatenus in eo esse potuit maxima absque peccato, vt tanto cumulatiùs id præstaret. Quare ne hoc quidem mirum est, quod ad corroborandum eum sic affectum accesserit angeli de cælo apparitio.

49 QVAS verò Caluinus harum rerum causas comminiscitur, eæ tum manifestè falsæ, tum in Christum sunt atrociter iniuriosæ. nam is non solùm vt Deus, verumetiam tanquam homo certissimus [1] fuit de bona Patris sui erga se voluntate. Imò ne alios quidem hoc ipsum latuit, tum per alia, tum per illam Dei Patris vocem non semel de [2] cælo delapsam, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est. Idemq; etiam tanquam homo certissimus fuit de sua resurrectione & consecutione salutis æternæ: quippe qui non semel [3] prædixit resurrectionem suam, & sub egressum ad passionem ait [4] Apostolis, Vado parare vobis locum: & [5] Patri, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. vnde illa eius vox in libro [6] Psalmorũ, omne tempus vitæ suæ complectens: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe: quoniam non relinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Caluinus ergo quum ait eum timuisse de salute animæ, metuisse maledictionem & iram Dei, timuisse ne absorberetur à morte, aduersa fronte pugnat cum Scriptura, Christumque conspurcat, tum harum rerum ignorantia, tum diffidentia de bona Patris erga se voluntate, id est, insigni peccato. Nam quòd is nos [7] remittit ad [8] Apostolum qui Christum dixerit tentatum per omnia sicut nos, & tamen absq; peccato, rursus multiplici-

Quòd causæ ad mirabilis tristitiæ, timoris, & luctæ Christi, quas Caluinus comminiscitur, sint falsæ et atrociter in Christum iniuriosæ.

Quòd Christus certissimus fuerit de bona Patris sui erga se voluntate.

Quòd idẽ certissimus fuerit de sua resurrectione et consecutione salutis æternæ.

Nota particulam, semper.

Quòd Caluinus cõspurcet Christũ ignorantia rerũ optimè & certissimè ab ipso cognitarũ, & diffidẽtia de bona Patris erga se volũtate.

Quòd Caluinus substituat suam falsam interpretationem in locum verborum Apostoli Hebr. 4.

1 Ioan. 15. & 17.
2 Matt. 3. & 17. & 2. Pet. 1.
3 Matth. 17. & 20.
4 Ioan. 14.
5 Ioan. 17.
6 Psalm. 15.
7 Libr. 2. Instit. c. 16. sect. 12.
8 Hebr. 4.

tipliciter peccat. Apostolus enim non ait, sicut nos: sed pro similitudine, siue iuxta similitudinem. & tantum abest vt absque exceptione docuerit quod hic vult, vt his verbis arctauerit vniuersalem particulam ad eas solùm tentationes quæ in eo fuerunt ex similitudine carnis peccati; & eas excluserit quæ oriũtur ex carne peccati, quam non habuit. Constat autem ipsum affectum timoris oriri ex natura humana, quæ verè fuit in Christo: propassionem verò omnem, & passionem timoris rerum non timendarum acceptam referendam esse carni peccati. Igitur Apostolus ne ipsam quidem propassionem metus condemnationis ad gehennam in eo agnoscit; & multò minus passionem; & minimè omnium iustum consensum: tantùm abest vt eum his vitiis conspurcauerit. Loquitur enim manifestè de tentatione, non de ingressu in tentationem. & satis constat Christum hîc timuisse cum assensu, eoque insigni: vt qui humi prostratus sæpius cum lachrymis & clamore valido Patrem orauerit, vt transferret à se instantem calicem ne eum biberet. ideoq; non timuisset absque insigni peccato quæ Caluinus confingit. Potuit autem timere quæ diximus absque peccato: quia timor passionum huius sæculi & mortis corporeæ naturalis est homini: & si quis timeat ne alij damnentur, etiam pius est; quantoque maior fuerit, tanto Deo acceptior erit.

Quis sit germanus sensus verborũ Apostoli Hebr. 4. quodq; is pugnet cũ iis quæ Caluinus fingit Apostolum docere.

50 DIXIMVS de exordio descensus Caluiniani: dicamus nunc de progressu & constitutione in inferno. hanc verò is exponit [1] perpessione mortis quæ sceleratis ab irato Deo infligitur. perpessionem verò huius mortis explicat per [2] dolores quos parit maledictio & ira Dei, per [3] diros & horribiles cruciatus, per omnes [4] pœnas quæ à sceleratis erant expetendæ, vno duntaxat excepto, quòd doloribus mortis non potuit detineri, per formidabilem

Caluinus quibus et quã horrẽdis rebus exponat ipsum Christi descensum ad inferos, & eius in eis constitutionem.

1 Lib. 2. Insti. c. 16. sect. 11.
2 Eadẽ sect.
3 sect. 10 & 12
4 sect. 10.

abyssum

abyſſum qua nulla maior fingi poteſt, in quam inciderit ſentiendo ſe à Deo derelictum & alienatum eſſe, qui perinde ac ſi in perniciem eius conſpiraſſet, cum non exaudierit: ita vt vrgente anguſtia coactus fuerit exclamare, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquiſti? Et poſtquam in Chriſtum Dei ore ſacrilego dixit quæcunque ſcelerato animo collibitum fuit, addit, ipſum tamen non deſperauiſſe: imò ne tantillum quidem deflexiſſe à bonitatis eius fiducia: ipſum non peccaſſe propter moderationem affectuum quæ in eo fuerit; ſed de omnibus anguſtiis victoriam reportaſſe. Quod re-ipſa perinde eſt, ac ſi quis vbi narrauiſſet aliquem eſſe mentitum, eſſe calumniatum fratres, infidelem & blaſphemum euaſiſſe, (quibus, vt per ſe malis, ſemel admiſſis nulla moderatio affectuum medeatur vt non ſint peccata) adiiceret: ſed ita tamen vt ne tantillum quidem à Dei mandatis deflexerit: niſi quòd iſtud tanto ſceleratius & magis ridiculum eſt, quanto filius Dei homini peccatori præſtat. quis hæc deliria non rideat? aut potius quis perditam huius hominis audaciam non defleat? qui inſuper perinde atque ſi hæc & alia quæ falſitatis & blaſphemiæ iam arguimus, eſſent certiſſima, eos qui ipſi contradicant,[5] appellat nebulones indoctos, malitia tamen magis quàm inſcitia impulſos, obtrectatores, nugatores, qui audacter garriant de rebus incognitis, quia nunquam ſeriò reputarint quid ſit aut valeat redemptos eſſe à Dei iudicio. Verùm examinemus ſingula. Chriſtum paſſum fuiſſe mortem, notiſſimum eſt. Cæterùm quòd is obierit mortem quæ ſceleratis ab irato Deo infligitur, non magis à ſcriptura proditum eſt, quàm quòd id ſit deſcenſus eius ad inferos. Et quî hoc prodidiſſet? Conſtat mortem damnatorum, quam [6] ſcriptura appellat mortem ſecundam, eſſe [7] ſtipendium peccati quod peccatores recipiunt in puteo

Callida Caluini correctio ſed quæ tamen ei nihil prodeſt.

Quibus elogiis Caluinus inhoneſtet eos qui his eius blaſphemiis nolint credere.

5 Sect. 12.

Quòd Chriſtus non ſit paſſus mortẽ quæ ſceleratis ab irato Deo infligitur.

6 Apoc. 2. & 21.

7 Ierem. 21. Ezech. 18. Ioan. 8. Rom. 6. & 8.

8 Apoc 9. 9 Apoc. 21. 10 Matth. 3. & Lucæ 3. 11 Isaiæ 66. 12 Sapien. 5.

[8]puteo abyssi, & [9]stagno ardente igne & sulphure: eamq; inter præcipua secum trahere[10] ignem inextinguibilem, [11]vermem qui non moritur, feram[12] peccatorum pœnitentiam, & salutis desperationem. Scriptura verò hæc nullo pacto agnoscit in Christo. Rursus, æquè extra omnem controuersiam est, quòd is passus sit dolores, cruciatus horribiles, ingentes pœnas. sed quòd cruciatus fuerit doloribus quos parit maledictio & ira Dei, siue pœnis quas Deus à sceleratis expetit, nulla quoque Scriptura proditum est; ne à [13]Petro quidem & [14]Isaia, quibus Caluinus abutitur. Neque enim Petrus ait, quòd is scribit ipsum dixisse, Christum resurrexisse solutis doloribus mortis à quibus impossibile erat ipsum teneri. cui adhuc impudentiùs mentiens, addit: non simpliciter nominat mortem, sed filium Dei implicitum fuisse doloribus exprimit quos parit maledictio & ira Dei, quæ origo est mortis. Hæc, inquam, non dicit Petrus: sed ait Deum suscitasse Christum solutis doloribus Inferni siue mortis, iuxta quod, siue eo quòd impossibile erat ipsum teneri ab eo, siue ab ea, hoc est, vinci & capi. qui autem ad tempus vincitur & capitur, vtique verè vincitur & capitur, etiamsi postea victoris victor euadat. ideoque tantum abest vt Petrus aliquo pacto senserit quod Caluinus falsò ait eum dicere & exprimere, vt doceat Deum suscitasse Christum solutis doloribus eorum qui erant in inferno & morte, & solui poterant; non verò Christi: eo quòd impossibile esset eum vinci seu capi ab eo siue ab ea. tanto porrò minus istud Caluini quàm [15]primorum illorum hæreticorum errorem fouere potest, quòd is dolores mortis damnatorum vult in Christo fuisse ante, non post mortem crucis: Apostolus verò manifestè significet solutionem dolorum, de quibus loquitur, fuisse post mortem corpoream in ipsa resurrectione. præcedit enim apud

Quòd Christus non fuerit cruciatus doloribus quos parit maledictio & ira Dei.

13 Act. 2. 14 Isaiæ 53.

Quòd Petrus neque scripserit neque docuerit quæ Caluinus ait eũ scripsisse & docuisse. & quæ sit germanus sensus verborum ipsius.

15 Suprà, sectione 44.

apud ipſum, hunc per manus inimicorum affligentes interemiſtis. & ſequitur, quem Deus ſuſcitauit ſolutis doloribus inferni ſiue mortis. debuiſſet autem iuxta ſententiam Caluini dixiſſe, quem Deus morti crucis tradidit ſolutis doloribus mortis. Iſaias verò tantùm docet Chriſtum tuliſſe languores noſtros, & portaſſe dolores noſtros· nimirum [16] in æquiualenti, vt ita dicam: quia (vt idem ſe-ipſum interpretatur) vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, afflictus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ (hoc eſt pœna neceſſaria & ſufficiens conficiendæ paci noſtræ) ſuper eum. Caluinus autem Prophetam perinde accipit ac ſi ſenſiſſet Chriſtum tuliſſe planè eoſdem dolores quos eramus meriti: idq; cum additione, omnes, vno duntaxat excepto, quòd fuerint non æterni, ſed temporales. eoque euadit eius crudelitas, vt non ſolùm dicat eum pertuliſſe mortem perditi ac damnati hominis, ſed etiam [17] ſcribat eum pertuliſſe omnes quæ à ſceleratis expetendæ erant pœnas: hoc eſt (vt clariùs dicamus) omnium hominum cuiuſuis generis gehennas. quî potuiſſet autem vna anima tot gehennarum inter ſe maximè differentium myriades perferre, quot ne cogitatione quidem aſſequimur? Infinitis partibus minus erat ſi dixiſſet eum omnes omnium hominum mortes corporeas pertuliſſe, in quas per peccatum incurrimus: & tamen omnes hoc confeſtim exſibilaſſent. Et erunt ſcilicet fideles qui hęc eius commenta confeſtim non exploſerint. Quibus nihilominus addit, eum ſenſiſſe ſe à Deo derelictum & alienatum eſſe non ſecus quàm ſi in eius perniciem conſpiraſſet: quo eum contaminat inſignibus vitiis. Etenim ſi verè hoc ſenſiſſet, manifeſtè fuiſſet in eo ignorantia bonæ voluntatis Dei Patris erga ipſum, & ſenſus maledictionis ac iræ Dei: & conſequenter deſperatio de ſalute. Neque ei prodeſt quòd

Quis ſit germanus ſenſus verborum Iſaiæ c. 53. et quomodo Caluinus eis abutatur in alienũ, ridiculũ et blaſphemum ſenſum.

16 Vide infrà ſectionem 51.

17 Sect. 10.

Blaſphemia Caluini in Chriſtũ: et quæ eam cõſequantur aliæ blaſphemiæ.

hanc verbo neget, quandoquidem eam re-ipſa confitetur. an hæc non ſunt plena horroris & blaſphemiæ?

Confutatio impiorum placitorum Caluini ex euangelica hiſtoria paßionis Chriſti.

[1] Mat. 26. & 27. Marc. 14. & 15. Luc. 22. & 23. & Ioan. 18. & 19.

51 SED tanta nihilominus eſt hominum huius infelicis ſæculi cæca, proh dolor, peruerſitas, vt nihil ſit tam blaſphemum, quod quibuſdam non placeat. Qui ſi ſaltem ad [1] paſſionis Dominicæ lectionem oculos aperirent, facilè ſanari poterant. vbi enim hîc inferni frigus & ſtridor dentium? vbi ignis & flammæ mentio? vbi commemoratio putei abyſſi? an difficile eſt videre quomodo ſpontè occurrat hoſtibus? quanta animi ſecuritate eos alloquatur? qua poteſtate proſternat? an hæc & alia his ſimilia ſunt argumenta hominis in pœnis damnatorum conſtituti? Poterat, ſi voluiſſet, impetrare à Patre ad ſui defenſionem duodecim legiones angelorum: & timuerit ſcilicet copias Inferorum. Videt Petrum ter ſui negatorem, iſque confeſtim ſeriam agit pœnitentiam: & dubitauerit de bona Dei Patris erga ſe voluntate. Affirmat futurum vt perſecutores videant ſe ſedentem à dextris Dei, & venientem in nubibus cæli: & ſteterit coram tribunali Dei incertus de ſua ſalute. Promittit latroni futurum vt eo die ſecum ſit in paradiſo: & putauerit ſe à Deo derelictum ad pœnas damnatorum. Commendat moriens ſpiritum ſuum in manus Patris: & conqueretur ſcilicet ſe ab eo derelictum ad mortem damnatorum. Homo etiam erat Chriſtus: humani nihil, quod quidem peccato careret, ab eo alienum erat: fortitudo lapidum corpori eius aberat: caro eius ænea non erat. grauiſſimis ergo crucis doloribus excruciatus, quum inſuper mortem corpoream appropinquantem ſentiret, derelictionis ſuæ ad amaram [1] hanc mortem deprompſit apud Deum querelam: non eo ſenſu quo ſceleſti & deſperabundi de Dei iuſtitia conqueruntur; ſed ea, quæ decebat Dei filium, in quo Pater acquieſcebat, ſententia. hoc eſt,

Quis ſit germanus ſenſus verborũ Chriſti, Deus meus Deus meus quare dereliquiſti me? Mat. c. 27.

[1] Hilarius ſub finem libri aduerſus Praxean. & libro 10. de Trinitate.

hoc eſt, vt conquerentis modo acerbitate dolorum qui-
bus premebatur pateſacta, auxilium ipſius ſaltem pro pa-
tientia & reſurrectione tanquam homo imploraret. De-
reliquiſti enim poſitum eſt pro derelinquis, more He-
bræorum, qui quum præſenti tempore careant, id ſignifi-
cant præterito. & ſimilis eſt formula illi Dauidis,[3] quare 3 Pſal. 41.
oblitus es mei? item[4] iſti, quare me repuliſti, & quare 4 Pſal. 42.
contriſtatus incedo dum affligit me inimicus? item[5] huic, 5 Pſal. 43.
quare faciem tuam auertis? Vt enim hæc verba ſunt vo-
ces hominis non deſperantis, ſed Deum in auxilium ap-
pellantis: ita hoc quoque verbum eòdem tendit. quod
vel ex iis manifeſtum eſt quæ ſequuntur in pſalmo[6] ex 6 Pſal 21.
quo Chriſtus id ſumpſit. ait enim paulò pòſt, Spes mea
ab vberibus matris meæ, in te proiectus ex vtero. de ven-
tre matris meæ Deus meus es tu, ne diſceſſeris à me. &
iterum, Tu autẽ Domine ne elongaueris auxilium tuum
à me: ad defenſionem meam conſpice. Cuius ſententiæ
quum Septuaginta Interpretes non eſſent ignari, ne fortè
Gentiles rerum diuinarum rudes (in quorum gratiam
transferebant vetus Teſtamentum in linguam Gręcam)
eam non aſſequerentur, aut etiam impiè eo modo inter-
pretarentur quo Caluinus facit, tectam auxilij inuoca-
tionem in verbis pſalmi (quem ſciebant loqui de Chri-
ſto)[7] expreſſerunt verbis, Reſpice in me. quam interpre- 7 Pſal 21.
tationis licentiam etiam in Marco[8] animaduertimus: 8 Marc. 9.
quippe qui, licet Chriſtus ſolum dixiſſet, Talitha cumi,
id eſt, puella ſurge; tamen ait, quod eſt interpretatum,
puella, tibi dico, ſurge: verbis, tibi dico, clarè exprimens
imperium quod latebat in verbo, ſurge. Quæ, amâbo,
cauſa hîc eſt confingendi blaſphemias in Chriſtum Dei?
an derelinquere durius eſt, quàm repellere? aut Dauid
Chriſto præſtat? an exiſtimat ſe eſſe à Deo alienatum &
derelictum quod ad eius gratiam attinet, qui ſentiens ſe

Quòd 70. Interpretes germanum huius ſcripturæ ſenſum expoſuerint, cõtrarium ſenſui Caluini, ea licentia quam B. Marcus exẽplo ſuo cõprobauit.

ad mortem corpoream derelinqui, eius auxilium implorat? & vtile non fuit vt ſicut iam inde à principio conceptionis & natiuitatis, & toto deinde prædicationis curſu argumenta humanitatis & diuinitatis ſimul cucurrerant, ita ſub mortem quoque adhuc ſimul currerent? aut noſtra non magnopere interfuit, vt clarè cognoſceremus quanti Chriſto conſtitiſſet noſtra ſalus?

Confutatio alius blaſphemiæ Caluini.

Hominem per peccatũ incurriſſe in duplicẽ mortem.

52 SED detegamus aliam eiuſdem horribilem blaſphemiam. Nullus eſt qui ignoret hominem propter peccatum fuiſſe damnatum ad duplicem mortem; putâ, corpoream, quæ huius ſæculi eſt: & alteram, qua prius quidem lueret [1] ſola anima pœnas æternas in inferno; deinde verò cum corpore & anima [2] perderetur in gehennam. Ex duplici verò hac morte Filius Dei ſolam corpoream mortem quam oppeteret elegit, vt pro hominibus iuſto Patris iudicio ſatisfaceret. Iſtam autem alterã non ſubiit: tum quia vna hac morte abundè ſatisfacturus erat iuſto eius iudicio: tum quia hæc in eum nullo pacto quadrabat. Vt enim prior communis eſt etiam bonorum, & his quoque bona eſt: ita hæc, quæ mors ſecunda dicitur, [3] neque vlli bona eſt, neque vllorum bonorum eſt. Qui vicerit (inquit [4] ſcriptura) non lędetur à morte ſecunda. [5] Vicit autẽ leo de tribu Iuda: imò etiã aliis dedit vt vincerent. & [6] iterum: Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in ſtagno ardente igne & ſulphure, quæ eſt mors ſecunda. Atque hanc ſcripturarum doctrinam omnes Eccleſiæ vſque ad hæc infelicia tempora ſine vlla contradictione ſunt amplexæ. Primus omnium Caluinus, quòd videret fideles vanæ ſuæ deſcenſus ad inferos interpretationi obiecturos, fruſtrà Chriſto tribui tormenta damnatorum, vt qui ſua morte iuſto Dei iudicio ſatisfeciſſet, vltima auſus, apertis

Quòd Chriſtus ſola morte corporea obita vt iuſto Patris iudicio ſatiſfaceret, non ſubierit alterã mortem.

Blaſphemia Caluini ſcribẽtis nihil actum fuiſſe ſi Chriſtus corporea tantũ morte fuiſſet de-

1 Luc. 16.
2 Matth. 10.
3 Auguſtinus lib. 13. De ciuit. Dei, cap. 2.
4 Apoc. 2.
5 Apoc. 5.
6 Apoc. 21.

apertis verbis blaſphemauit, nihil actum fuiſſe ſi corporea tantum morte defunctus fuiſſet Chriſtus: ſed oportuiſſe quoque vt mortem damnatorum ad tempus perferret in anima: eamque etiam vocauit maius & excellentius pretium redemptionis noſtræ. atque hæc infanda colorauit hoc prętextu, quòd ei perſoluendum fuerit noſtrum debitum, quod ſitum erat non ſolùm in huius, ſed multò magis in alterius ſæculi pœnis: quodque is non corporum modò, ſed animarum quoque fuerit redemptor. Verùm quæ ſcriptura duas Chriſti mortes memorauit? vbi vel fando auditum eſt, eum ſecunda morte antè mortuum fuiſſe, quàm prima moreretur? Imò quæ ſcriptura non docet his contraria? vbique enim audimus [8] mortem Chriſti, non mortes. & vt pleniſſimè ſciremus cuius mortis fieret mentio, [9] Prophetæ circunſtantias corporeas expreſſerunt, [10] Euangeliſtæ eam omnibus conſpicuam deſcripſerunt, Apoſtoli [11] ligni, [12] crucis, [13] ſanguinis mentionem fecerunt, eique expreſsè acceptam retulerunt noſtram redemptionem. aiunt enim eum [14] pacificaſſe per ſanguinem crucis ſuæ, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt, [15] acquiſiſſe ſanguine ſuo eccleſiam, [16] lauiſſe nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, [17] ſanctificaſſe populum per ſanguinem: [18] ſcribunt nos factos eſſe propè in ſanguine, [19] redemptos eſſe pretioſo ſanguine tanquam agni immaculati, [20] habere redemptionem per ſanguinem: denique [21] tradunt eius ſanguinem emundare nos ab omni peccato. Si erat aliud pretium noſtræ redemptionis, cur ea etiam expreſſis verbis ipſi non aſcribitur? & ſi maius erat atque excellentius, cur minimum non toties & tot modis nobis inculcatur, quoties & quot iſtud? Deus non eſt iniuſtus vt homo, qui vt debitorem vexet, vel ſpoliet, iuſtam debiti ſolutionem recuſat hoc prætextu, quòd non planè eadem pecunia annumeretur.

[...]functus. ſed oportuiſſe quoque vt in anima perferret mortem damnatorum: quæ fuerit maius & excellentius pretium redemptionis noſtræ.

7 Inſtit. lib. 2. c. 16. ſect. 10.

Quòd nulla ſcriptura doceat duas Chriſti mortes: ſed quòd tota ſcriptura doceat vnam tantum notã eius mortẽ, eiq; acceptã referat noſtram redemptionem.

8 Ro. 5. & 6. Phil. 2. Hebr 9. 1 Pet. 3. & aliis locis.
9 Dauid pſal. 21. Iſaiæ 53. & 63.
10 Matt. 26. & 27. Mar. 14. & 15. Luc. 22. & 23. Ioan. 18. & 19.
11 1. Pet. 2.
12 Epheſ. 2. Col. 1 Heb. 12.
13 Rom. 3.
14 Coloſſ. 1.
15 Act. 20.
16 1. Ioan. 1.
17 Heb. 13.
18 Epheſ. 2.
19 1. Pet. 1.
20 Epheſ. 1.
21 1. Ioan. 1.

qualis si fuisset, exegisset à Christo non solùm temporalem in anima mortem damnatorum, vt iste fingit eum exegisse: sed etiam æternam primùm animæ à corporis excessu, deinde verò animæ simul & corporis mortem: idque in abysso: propterea quòd ad has pœnas eramus damnati. sed quia iustus est, contentus fuit solutione mortis crucis, eo quòd hæc sola diues esset propter patientis dignitatem ἀντίλυτρον duplicis mortis nostræ. ad dignitatem enim Apostoli[22] Petrus &[23] Paulus manifestè respexerunt, & suo exemplo respiciendum esse docuerunt: in tantumque ista morte actum fuisse prædicauerunt, planè contrà atque iste comminiscitur, vt & nos simus redempti, & ipse vsqueadeò exaltatus fuerit, vt ei donatum sit nomen super omne nomen. Id quod vt adhuc pleniùs cognitum haberemus, scriptura passim ascripsit huic sanguini & morti etiam totius hominis salutem. quos enim Apostoli alloquebantur, erant non corpora, sed homines: & populus sanctificatus ac ecclesia acquisita hoc sanguine, non constant solis corporibus, sed etiam animis. Quare ne hoc quidem Caluinum iuuerit, quòd Christus non solùm corporum, sed etiam animarum redemptor fuerit. nisi fortè solum eius corpus senserit dolores persecutorum, anima verò non fuerit eorum particeps. Id quod certè is sentire videtur,[24] quum ait, & sanè nisi pœnæ particeps fuisset anima, corporibus tantùm fuisset redemptor. Verùm enimuerò isto nihil est non à ratione modò, sed à sensu quoq; communi alienius. quis enim vel solo sensu non deprehendit ipsum per se corpus non sentire, & patiente corpore totum hominem pati? hinc est quòd Apostolus spiritu planè contrario spiritui Caluini ascribit[25] emundationem animæ, sanguini: & totius[26] hominis sanctificationem, vni corporis oblationi.

Quòd vna hæc mors sufficiens fuerit ἀντίλυτρον duplicis nostræ mortis propter patiẽtis dignitatẽ: quã proinde Deus Pater merito acceptauerit pro redemptione nostra.

22 1. Pet. 1.
23 Phil. 2.

Quòd scriptura ascribat morti corporeæ salutem totius hominis.

Quòd patiente Christi corpore vna anima quoque particeps fuerit pœnæ.

24 Inst lib. 2. c. 16. sect. 12.
25 Heb. 9.
26 Heb. 10.

53 CITAT

53 CITAT quidem [1] Caluinus testem fructus conficti sui descensus ad inferos, Hilarium. Sed oportuerat vt prius ostéderet, Hilarium suo sensu accepisse descensum ad inferos, quàm vt eum secum de necessitate & fructu alterius pretij consensisse prædicaret. qua de re tamen apud eum nullum est verbum. Quin potius Hilarius manifestè pro eodem [2] habet descendere ad inferos, & quod Apostolus ait descendere in inferiora terræ. & alio [3] loco sic ait: Humanæ ista lex necessitatis est vt sepultis corporibus ad inferos animæ descendant, quam descensionem Dominus ad consummationem veri hominis non recusauit. & iterum: Scit, [4] inquit, hanc exhortationem sanctos quiescentes in inferno desiderare: scit, testante Petro, descendente in inferna Domino, etiam his qui in carcere erant, & increduli quondam fuerant in diebus Noe, exhortationem prædicatam fuisse. quibus similia habet [5] in commentariis in psalmum 141. Nec quicquam facit ad Caluiniani descẽsus fructũ, quòd is sentit Christum mortem, quam in cruce merito suo vicerat, posteà in inferno, sua regia, interemisse; & salutem captiuis quos secum ad cælos duxit, attulisse. Recitabo fideliter verba Hilarij, in quibus licet ordinem symboli obseruaret, Caluino nihilominus propter breuitatem visus est obnoxius insidiis: quam ipsam tamen adhuc breuiorem & sibi magis fauentem quibusdam decurtatis, & nõnullis mutatis, reddere conatus est. Virgo, [6] inquit, partus, & corpus, postque crux, mors, inferi, salus nostra est. Item, [7] Dei filius in infernis est, sed homo refertur ad cælum. & [8] rursus, mortem, inquit, in inferno perimens. Quod si seriò capax sententiæ Hilarij esse voluisset, vtique animaduertisset nullum planè esse inter Veteres, qui hoc magis à se dissentiret. Legenti enim eius opera manifestum est quæ fuerit peculiaris eius de affectibus humanis in Christo opinio.

Quòd Hilarius, quem Caluinus pro se citat, adeò non faueat errori Caluini, vt nullus Veterum ei sit magis aduersus.

[1] Instit. lib. 2. c. 16. sect. 11.

[2] Lib. 10. de Trinitate.

[3] In commẽtariis in psalm. 138.

[4] In commentariis in psalm. 118. ad verbà, quando cõsolaberis me, seu (vt ipse legit) quando exhortaberis me?

[5] ad verba, educ de carcere animam meam.

[6] Libro 2. de Trinitate.

[7] Libro 3. de Trinitate.

[8] Lib. 10. de Trinitate.

[9] Libr. 10. de Trinitate.

opinio. nec obſcurum eſt eum [9] integro libro totum in eo eſſe, vt' oſtendat Chriſtum neque ſecundum diuinam, neque ſecundum humanam naturam, triſtatum fuiſſe, doluiſſe, timuiſſe; non ipſam corporis mortem, non deſcenſionem ad inferos, non infernum chaos, & torrentes flammas, & omnium pœnarum vltricium abyſſum. atq; ibidem verſat eas-ipſas ſcripturas, quas Caluinus pro triſtitia, metu, derelictione citat, eaſque planè aliter accipit. Idemque etiam de ſufficientia & fructu mortis crucis Chriſti ea paſſim apertè tradit, quæ tantum virum decent, quæque cum aliis Patribus conſentiunt.

Cōfutatio miſcellaneæ verborum, deſcendit ad inferos, interpretationis.

[1] Petrus Viretus Dialogo 6. in ſymbolum Apoſtolorũ. & quod ad quaſdam partes attinet, Henricus Bullingerus libro 6. reſol. omniũ punct. relig. Chriſt. & Rodolph. Gualtherus Tigurinus, homil. 15. in Acta Apoſtolorum.

[2] Vide ſupra ſectionem 19.

54 RESTAT vt dicamus contra miſcellaneam verborum, deſcēdit ad inferos, expoſitionem. quam [1] qui tradunt, notant iis inter cætera ſignificari Chriſtum deſcendiſſe ad ſtatum mortuorum, ſeu ad mortuos. Et hi quidem viderunt conſentaneum fuiſſe, vt anima eius qui per omnia ſimilis fratribus ſuis eſſet factus, animis fratrum ſuorum iungeretur. ſed factionis ſtudium eos à plena veritatis fruitione auertit. nam ne faterentur ſinum Abrahæ fuiſſe partem inferni, ad quam Chriſtus deſcenderit, tradiderunt, infernum ſignificare inter cætera ſtatum mortuorum, ſeu mortuos. quaſi ſcilicet id ſit verum inferni ſignificatum: aut ſoli boni veniant appellatione mortuorum. Ex ſecreto porrò eorum placito quo [2] tradunt ſinum Abrahæ fuiſſe in cælo, manifeſtiſſimè apparet quãta ſit huius interpretationis vanitas: quippe quum ex eo conſequens ſit, deſcenſum ad inferos ſignificare aſcenſum ad cęlos. Similis quoq; vanitatis eſt quod aiunt, hac particula etiam ſignificari virtutem paſſionis Chriſti profuiſſe mortuis. non quòd verum non ſit paſſionem eius fuiſſe efficacem etiam pro omnibus ſanctis, quandoquidem [3] ſcriptum eſt, Agnum fuiſſe occiſum ab origine mundi: ſed quod neque infernus ſignificet mortuos,

[3] Apoc. 13.

eoſque

eosque solum bonos: neque antea vlla viuentium facta sit mentio: neque hîc sit quæstio de descensu qui fiat virtute, sed de descensu qui contigerit præsentia animæ. quod manifestum est tum ex scripturis, Non [4] derelinques animam meam in inferno, sicut [5] Ionas fuit in ventre ceti, sic erit filius hominis in corde terræ: quod [6] autem ascendit, quid est? nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ: tum ex ipso Symbolo: vt in quo conceptio, natiuitas, passio, mors, sepultura, resurrectio, ascensio, aduentus ad iudicium, facta præsentis Christi significent. Ex quibus & ista eorum interpretatio conuincitur esse aliena, qua tradunt eisdem verbis significari Christum effecisse, vt & damnati sentirent fructum passionis suæ sibi non profuturum, & sancti intelligerent eum sibi prodesse. His addunt inferno etiam significari sepulchrum: item pœnas & mortem damnatorum quas Christus pertulerit. Verùm quia semel hæc confutauimus, non est quod iterum eis reuincendis immoremur.

4 Psal. 15. & Act. 2.
5 Matth. 12.
6 Ephes. 4.

55 HIC lector considerabit cum animo suo, quàm bellè in huius sæculi hæreticos quadret quod Apostolus [1] prædixit, futurum vt mali homines & seductores proficerent in peius, errantes & in errorem mittentes. Principio mota est quæstio de auctoritate huius particulæ. Hinc odio Purgatorij facilimè ventum est ad alienas interpretationes: imò etiam ad inficiationem veri descensus Christi ad inferos: & istinc ad negationem inferni, sinus Abrahæ. ab his porrò itum est ad collocationem sanctarum animarum in cælo, antequam Christus eò ascendisset. deuentum deinde est ad pollutionem sapientiæ & innocentiæ Iesu Christi. Postremò additum est pretiosæ eius morti tanquam maximè necessarium ad redemptionem generis humani, nefandum mortis damnatorum commentum, quod etiam ornarunt elogio maioris & excellen-

Impletam esse propheciã Pauli 2. Timot. 3. in his hæreticorũ huius sæculi erroribus.


1 2. Tim. 3.

cellentioris pretij redemptionis nostræ. vt scilicet quum
[2] 1.Cor.2. [2] Paulus solum sciuerit Iesum Christum crucifixum, ipsi eo doctiores sciant Iesum Christum damnatum. Quis ad has execrandas blasphemias non totus horreat? Scribę & Pharisæi surgent in iudicio, & condemnabunt has prauas generationes,[3] quod signo Ionę prophetæ saltem non contradixerint, quum Christus id eis promitteret: isti verò id iam inde à prima ecclesiæ origine cognitum aspernentur, negent, oppugnent. Viri Mahumetani surgent in iudicio, & condemnabunt has generationes adulteras, quòd ex reliquiis Christianæ religionis Alcorano insertis crediderint Iesum Christum neque peccatum fecisse, neque in damnationem pœnarum inferni incurrisse. Et ecce ad Alcoranum non comparandi propter excellentiam Prophetæ & Apostoli, qui eadem docent.

Quòd scribæ et Pharisæi, imò et viri Mahumetani iudicaturi sint prauas & adulteras generationes hæreticorum huius sæculi.

[3] Matth. 12.

F I N I S.



Omissa sic restituenda.

Pag. 77. vers. 5. pro, Doctrinas Dei Christo dignas. *lege* Doctrinas Dei, seu Christo dignas.

pag. 88. vers. 7. pro, quæ intelligentiæ axiomatum ecclesiasticorum, *lege* quæ intelligentiæ horum axiomatum ecclesiasticorum.

pag. 129. vers. 16. pro huic loco non tribuisset eodem tropo, nisi istic. *lege* huic loco non tribuisset eodem tropo Paradisi nomen, nisi istic.

Approbatio.

Hic Liber De descensu Iesu Christi ad Inferos, *illum Symboli Apostolici articulum contra fœdas & varias hæreticorum nostri temporis corruptelas eruditè explicat, & accuratè atque orthodoxè defendit; ideoq́ ad Dei gloriam vtiliter excudetur.*

Ita censeo ego Thomas Stapletonus S. Theologiæ Doctor & Professor.

Privilegii svmma.

Concessvm est per patentes Reg. Maiest. literas nobili ac erudito viro Henrico Vico Oosthouij domino, vt librum hunc *De descensu Christi ad Inferos*, cui velit iurato typographo tradat imprimendum ac distrahendum per omnes ipsius Reg. Maiestatis ditiones, idq́ue citra vllius offensionem; vt patet ex literis datis Antuerpiæ, XXVII Septemb. Anno M. D. LXXXV.

Signat.

S. de Grimaldi.

